

ea re prodita est actio, ut quis intendat hominem Stichum, aut aureos decem sibi dari oportere: id est, ut eodem modo petere, quo stipulatus est. Præterea si quis generaliter hominem stipulatus sit, & specialiter Stichum petat: aut generaliter vinum stipulatus sit, & specialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram stipulatus sit, deinde specialiter Tyriam petat: plus petere intelligitur: quia electionem aduersario tollit, cui stipulationis iure liberum fuit, aliud solvere, quam quod peteretur. Quinetiam licet vilissimum sit, quod quis petat: nihilominus plus petere intelligitur: quia sæpe accidit, ut promissori facilius sit illud solvere, quod maioris pretij est. Sed hæc quidem antea in usu fuerant: postea verò lex Zenoniana & nostra rem coartauit. Et si quidem tempore plus fuerit petitum: quid statui oporteat, Zenonis diuæ memoriz loquitur constitutio. si autem quantitate, vel alio modo plus fuerit petitum: in omne si quod forte damnum ex hac causa acciderit ei, contra quem plus petitum fuerit, commissis tripli condemnatione (sicuti supra diximus) puniatur.

35 ¶ Si minus in intentione sua complexus fuerit actor, quam ad eum pertineat: veluti si cum ei decem aurei deberentur, quinque sibi dari oportere intenderit: aut si cum totus fundus eius esset, partem dimidiam suam esse petere: sine periculo agit. in reliquo enim nihilominus iudex aduersarium in eodem iudicio ei condemnat, ex constitutione diuæ memoriz Zenonis.

36 ¶ Si quis aliud pro alio intenderit: nihil eum periclitari placet, sed in eodem iudicio, cognita veritate, errorem suum corrigere ei permittitur: veluti si is, qui hominem Stichum petere deberet, Erotem petierit: aut si quis ex testamento dari sibi oportere intenderit, quod ex stipulatu debetur.

37 ¶ Sunt præterea quædam actiones, quibus non semper solidum, quod nobis debetur, persequimur: sed modo solidum persequimur, modo minus. ut ecce, si in peculium filij seruiue agamus. Nam si non minus in peculio sit, quam persequimur: in solidum dominus patere condemnat, si verò minus inueniatur: eatenus condemnat iudex, quatenus in peculio sit. Quomodo autem peculium intelligi debeat, suo ordine proponemus.

38 ¶ Item si de dote in iudicio mulier agat: placet eatenus maritum condemnari debere, quatenus facere possit, id est, quatenus facultates eius patiuntur. Itaque si dotis quantitati concurrant facultates eius, in solidum damnatur: si minus, in tantum, quantum facere potest. Propter retentionem quoque dotis repetitio minuitur. Nam ob impensas in res dotales factas marito (quasi retentio concessa est: quia ipso iure necessariis sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus Digestorum libris cognoscere licet. 39 ¶ Sed & si quis cum parente suo patrone agat: item si socius cum socio, iudicio societatis agat: non plus actor consequitur, quam aduersarius eius facere potest. Idem est si quis ex donatione sua conueniat.

40 ¶ Compensationes quoque oppositæ, plerumque efficiunt, ut minus quisque consequatur, quam ei debeat. Nam ex bono & æquo habita ratione eius, quod iniucem actorem & ex eadem causa prestare oportet, in reliquo eum, cum quo actum est, condemnat, sicut iam dictum est. 41 ¶ Cum eo quoque qui creditoribus suis bonis cessit, si postea aliquid acquirerit, quod idoneum emolumentum habeat, ex integro in id, quod facere potest, creditores experimur. inhumanum. n. erat spoliatum fortunis suis, in solidum damnari.

QUOD CVM EO, QUI IN ALIENA potestate est, negotium gestum est: debeat.

Q Via tamen superius mentionem habuimus de actione qua in peculium filiorum familiarum seruiumque agitur: opus est, ut de hac actione & de ceteris, quæ eorundem nomine in parentes dominosve dari solent, diligentius admoneamus. Et quia siue cum seruis negotium gestum sit, siue cum his, qui in potestate parentum sunt, eadem ferè iura seruauerunt: ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermone in personam serui dominique, idem intellecturi de liberis quoque & parentibus, quorum in potestate sunt. Nam si quid in his propriè seruetur, separatim ostendemus.

1 ¶ Si igitur iussu domini cum seruo negotium gestum erit: in solidum prætor aduersus dominum actionem pollicetur: scilicet quia is, qui ita contrahit, fidem domini sequi videtur.

2 ¶ Eadem ratione prætor duas alias in solidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria, altera infortioria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cum quis seruum suum magistratum nani præposuerit, & quid cum eo eius rei gratia, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus nauis quæstus pertinet. Infortioria tunc locum habet, cum quis tabernæ forè, aut cuiuslibet negotiationis seruum suum præposuerit, & quid cum eo eius rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem infortioria appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, infortiores vocantur. Istas tamen duas actiones prætor reddit, & si liberum quis hominem, aut alienum seruum nauis aut tabernæ aut cuiuslibet negotiationi præposuerit: scilicet quia eadem æquitatis ratio etiam eo casu interueniat.

3 ¶ Introdixit & aliam actionem prætor, quæ tributoria vocatur. Namque si seruis in peculium merce, sciente domino negotietur, & quid cum eo eius rei causa contractum erit: ita prætor ius dicit, ut quicquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, si quid ei debebitur, & ceteros creditores, præ rata portione distribuat, & ideo tributoria vocatur, quia ipsi domino distributionem prætor permittit. Nam si quis ex creditoribus quærat quasi minus ei tributum sit, quam oportuerit, hanc etiam actionem accommodat, quæ tributoria appellatur. 4 ¶ Præterea introducta est actio de peculio, de qua eo, quod in rem domini versum erit: ut quantum sine voluntate domini negotium gestum erit, tamen siue quid in rem eius versum fuerit, id totum prestare debeat: siue quid non sit in rem eius versum, id eatenus prestare debeat, quatenus peculium patitur. In rem autem domini versum intelligitur, quicquid necessario in rem eius impenderit seruis: veluti si mutuas pecuniam creditoribus eius soluerit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familiariter frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem necessariam mercatus erit. Itaque si ex decem aureis Titium consequi possit, Titio mutuo accepit, creditori tuo quinque aureos soluerit, reliquos verò quinque quolibet modo consumpserit: pro quinque quidem in solidum damnari debes: pro cæteris verò quinque eatenus, quatenus in peculio sit. Ex quo scilicet apparet, si tot decem aurei in rem tuam versi fuerint, totos decem aureos Titium consequi posse. Licet enim vna est actio, quæ de peculio, de qua eo, quod in rem domini versum sit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaque iudex, apud quem de ea actione agitur, ante disceptare solet, an in rem domini versum sit: nec aniet ad peculij æstimationem transire, quàm aut nihil in rem domini versum intelligatur, aut non totum. Cuius autem quæritur, quantum in peculio sit: ante de-

ducitur, quicquid seruis domino, siue, qui in potestate eius sit, debeat: & quod superest, id solum peculium intelligitur. Aliquando tamen id, quod ei debet seruis, qui in potestate domini sit, non deducitur ex peculio: veluti si is in ipsius peculio sit, quod eà pertinet, ut si quid vicario suo seruis debeat: id ex peculio eius non deducatur.

5 ¶ Ceterum dubium non est, quin is quoque qui iussu domini contraxerit, cuique infortioria vel exercitoria actio competit: de peculio, de qua eo, quod in rem domini versum est, agere possit. Sed erit altissimus, si omittat actionem, quæ facillimè solidam ex contractu consequi possit: se ad difficultatè in perducere probandi in rem domini versum esse, vel habere seruum peculium & tantum habere, ut solidum sibi solum possit. Is quoque, cui tributoria actio competit, æque de peculio & de in rem verso agere potest. Sed sanè huius modo tributoria expediat agere, modo de peculio; & de in rem verso. Tributoria ideo expediat agere, quia in ea domini conditio præcipua non est, id est, quod domino debeat, non deducitur, sed eiusdem iuris est dominus: cuius & ceteri creditores. At in actione de peculio aut deducitur, quod domino debeat: & in id, quod reliquum est, creditores dominus condemnatur. Huius de peculio ideo expediat agere, quod in hac actione totius peculij ratio habetur, at in tributoria, eius tantum, quod negotiatur. Et potest quicquid tertio forè parte peculij, aut quarta, vel etiam minima negotiari: maiorem autem partem in prædiis, vel mancipiis, aut fenebris pecunia habere. Prout ergo expediat, ita quisque vel hanc actionem, vel illam eligere debet. Certe qui potest probare in rem domini versum esse: de in rem verso agere debeat.

6 ¶ Quæ diximus de seruo & domino, eadem intelligimus & de filio & filia, & nepote & nepte, & patre autem, cuius in potestate sunt.

7 ¶ Illud propriè seruatur in eorum persona, quod senatusconsultum Macedonianum prohibuit mutuas pecunias dare eis, qui in potestate parentis sunt: & ei qui crediderit, denegatur actio tam aduersus ipsum filium filiamve, nepotem neptemve (siue adhuc in potestate sint, siue morte parentis, vel emancipatione suæ potestatis esse ceperint) quam aduersus patrem autem: siue eos habeat adhuc in potestate, siue emancipauerit. Quæ ideo senatus præcipua, quia sæpe onerati ære alieno creditorum pecunia, quas in luxuriam consumebant, vitæ parentum inhabebant. 8 ¶ Illud in summa admonendi sumus, id quod iussu patris dominive contractum fuerit, quodque in rem eius versum erit: si recto quoque posse à patre dominove condici, tantum si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Et quoque, qui exercitoria vel infortioria actione tenentur, directo posse condici placet: quia huius quoque iussu contractum intelligitur.

DE NOXALIBVS ACTIO- nibus,

TIT. VIII.

EX maleficiis seruorum: veluti si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum deierint, aut iniuriam commiserint: noxales actiones proditæ sunt, quibus domino damnato permittitur, aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere. 1 ¶ Noxa autem est ipsum corpus, quod nocuit, id est seruis: noxia ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria. 2 ¶ Summa autem ratione permissum est noxæ deditione fungi. Namque erat iniucum, nequitiam eorum ultra ipsorum corpora dominis damnari esse.

4 ¶ Dominus noxali iudicio serui sui nomine contentus, seruum actori noxæ dedendo liberatur: nec minus in perpetuum eius serui dominium à domino transfertur. Sin autem damnum ei cui deditus est, seruis resarciat: quæ sit pecunia: auxilio prætoris inuito domino manumittetur.

5 ¶ Sunt autem constitutz noxales actiones aut legibus, aut edicto prætoris. Legibus: veluti furti ex lege duodecim tabularum, damni iniuriæ ex lege Aquilia. Edicto prætoris: veluti iniuriarum, & vbi bonorum raptorum. 6 ¶ Omnis autem noxalis actio caput sequitur. Nam si seruis tuus noxam commiserit: quamdiu in tua potestate sit, tecum est actio. Si autem in alterius potestatem peruenierit: cum illo incipit actio esse. At si manumissus fuerit: directè ipse tenetur, & extinguitur noxæ deditio. Ex diuerso quoque directæ actio noxalis esse incipit. Nam si liber homo noxiam commiserit, & is seruis tuus esse ceperit (quod quibusdam casibus effici primo libro tradidimus) incipit tecum esse noxalis actio, quæ antè directæ fuisse.

7 ¶ Si seruis domino noxiam commiserit: actio nulla nascitur. Namque inter dominum & eum, qui in potestate eius est, nullà obligatio nasci potest. Ideoque & si in alienam potestatem seruis peruenierit, aut manumissus fuerit: neque cum ipso, neque cum eo, cuius nunc in potestate sit, agi potest. Vnde si alienus seruis noxiam tibi commiserit, & is postea in potestate tua esse ceperit, interdictum actio: quia in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuit. Ideoque licet exierit de tua potestate, agere non potes: quemadmodum si dominus in seruum suum aliquid commiserit, nec si manumissus aut alienatus fuerit, seruis vllam actionem contra dominum habere potest. 8 ¶ Sed veteres quidem hoc in filiis familiarum masculis & feminis admiserunt: noua autem hominum conuersatio huiusmodi asperitatem rectè respiciendam esse existimauit, & ab usu communi hoc penitus recessit. Quis enim patiatur filium suum, & maxime filiam, in noxam alij dare: ut præter per filij corpus pater n-agis, quam filius periclitetur: cum filibus etiam pudicitiz fauor hoc bene excludat. Et ideo placuit in seruos tantum modo noxales actiones esse proponendas: cum apud veteres legum commentatores inuenerimus sæpius dictum, ipsos filios familiarum pro suis delictis posse conueniri.

SI QVADRVPS PAVPER- riam fecisse dicatur,

TIT. IX.

ANIMALIUM nomine, quæ ratione carent, si qua lasciuia, aut paupore, aut feritate pauperiem fecerint: noxialis actio lege duodecim tabularum prodita est. Quæ animalia si noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita lex duodecim tabularum scripta est, vtriusque, SI EQVVS CALCE- TROSVS CALCE PERCVSSERIT, AVT BOS CORNV PETERE SOLL- TVS CORNV PETIERIT. Hæc autè actio in iis, quæ contra naturam mouentur, locum habet, cæterum si generalis sit feritas: cessat actio. Denique si vrsus ingerit à domino, & sic nocuerit: non potest quondam dominus conueniri: quia desit dominus esse, vbi fera euasit. Pauperiem autem est danum sine iniuria faciētis datum. Nec enim potest animal iniuriam fecisse dici, quod sensu caret. Hæc quidem ad noxalem pertinent actionem. 1 ¶ Cæterum sciendum est, ædilitio edicto prohiberi nos canem, verrem, aprum, vrsium, leonem ibi habere, quæ vulgo iter sit: & si aduersus ea factum erit, & nocitum libero homini esse dicatur: quod bonum & æquū iudicij videtur, tanti dominus condemnatur. cæterarū verò rerum, quæ danum danum sit, dupli. Præter hæc autem ædilitias actiones, & de pauperie locum habebit

Nunquam enim actiones, praesertim poenales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

DE IIS, PER QVOS AGERE POSSUMUS,

TIT. X.

Nunc admonendi sumus agere posse quemlibet hominem, aut suo nomine, aut alieno. Alieno, veluti procuratorio, tutorio, curatorio: cum olim in usu fuisset, alterius nomine agere non posse, nisi pro populo, pro libertate, pro tutela. Praeterea lege Hostilia permissum erat suri agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut republicae causa absentes, quae in eorum curia tutela essent. Sed quia hoc non minimam incommoditatem habebat, quod alieno nomine, neque agere, neque excipere actionem licebat: coeperunt homines per procuratores litigare. Nam & moribus, & aetas, & necessaria peregrinatio, itemque aliae multae causae saepe hominibus impedimento sunt, quo minus rem suam ipsi exequi possint. 2. Procurator neque certis verbis, neque praesente semper adversario, imo plerumque eo ignorante constituitur. Cuiusque enim permittitur rem tuam agere, aut defendere: is tuus procurator intelligitur. 3. Tutores & curatores quemadmodum constituantur, primo libro expostum est.

DE SATISDATIONIBVS,

TIT. XI.

Satisfationum modus alius antiquitati placuit, alium nouitas per vltimam amplexa est. Olim enim si in rem agebatur, satisfidare possessor compellebatur: ut si victus esset, nec rem ipsam restitueret, nec litis aestimationem: potestas esset petitori, aut cum eo agendi, aut cum fideiussoribus eius, quae satisfidatio appellatur IVDICATVM SOLVI. Vnde autem sic appelletur, facile est intelligere. Namque stipulabatur quis, ut solueretur sibi, quod fuisset iudicatum. Multo magis is, qui in rem actione conueniebatur, satisfidare cogebatur, si alieno nomine iudicium accipiebat. Ipse autem, qui in rem agebat, si suo nomine petebat, satisfidare non cogebatur. Procurator vero si in rem agebat: satisfidare iubebatur, rem ratam dominum habiturum. Periculum enim erat, ne iterum dominus de eadem re experiretur. Tutores vero & curatores eodem modo, quo & procuratores satisfidare debere, verba edicti faciebant: sed aliquando his agentibus satisfidatio remittebatur. Haec ita erant, si in rem agebatur. 2. Si vero in personam: ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quae diximus in actione, qua in rem agitur. ab eius vero parte, cum ipso agitur, si quidem alieno nomine aliquis interueniret: omnino satisfidaret, quia nemo defensor in aliena re sine satisfidatione idoneus esse creditur. Quod si proprio nomine aliquis iudicium accipiebat in personam: IVDICATVM SOLVI satisfidare non cogebatur. 3. Sed hodie haec aliter obseruantur. Sine enim quis in rem actione conuenitur, siue personali suo nomine: nullam satisfidationem pro litis aestimatione dare compellitur: sed pro sua tantum persona, quod in iudicio permaneat usque ad terminum litis, vel committitur suae promissioni cum iuramento (quam iuratoriariam cautionem vocant) vel nudam promissionem, vel satisfidationem pro qualitate personae suae dare compellitur. 4. Sin autem, per procuratorem lis vel inferatur, vel suscipitur: in actoris quidem persona, si non mandatum adis insinuatum est, vel praesens dominus litis in iudicio procuratoris sui personae constituitur: ratam rem dominum habiturum satisfidationem procurator dare compellitur: eodem obseruando, & si tutor, vel curator, vel alius tales personae, quae alienarum rerum gubernationem receperunt, licet quibusdam per alium inferunt.

104

5. Si vero aliquis conuenitur, si quidem praesens procuratorem dare paratus est: potest vel ipse in iudicium venire, & sui procuratoris personam per IVDICATVM SOLVI satisfidationem solenni stipulatione firmare, vel extra iudicium satisfidationem exponere, per quam ipse sui procuratoris fideiussor existat pro omnibus IVDICATVM SOLVI satisfidationis clausulis, ubi & de hypotheca suarum rerum conuenire compellitur: siue in iudicio promiserit, siue extra iudicium cauerit: ut tam ipse, quam heredes eius obligentur. Alia insuper cautela, vel satisfidatione propter personam ipsius exponenda, quod tempore sententiae recitandae in iudicium veniet: vel si non venerit, omnia dabit fideiussor, quae in condemnatione continentur, nisi fuerit prouocatum. 6. Si vero reus praesto ex quacunque causa non fuerit, & alius velit defensionem eius subire: nulla differentia inter actiones in rem vel personales introducenda, potest hoc facere: ita tamen, ut satisfidationem IVDICATVM SOLVI pro litis aestimatione praestet. Nemo enim secundum veterem regulam (ut iam dictum est) alienae rei sine satisfidatione defensor idoneus intelligitur. 7. Quae omnia apertius & perfectius a quotidiano iudicio vltimo in ipsis: rerum documentis apparent. 8. Quam formam non solum in hac regia vrbis, sed etiam in omnibus nostris prouinciis (et si propter imperitiam forte aliter celebratur) obseruare censemus: quum necesse sit, omnes prouincias, caput omnium nostrarum ciuitatum, id est, hanc regiam vrbem, eiusque obseruantiam sequi.

DE PERPETVIS ET TEMPORALIBVS ACTIONIBVS, & QUAE AD HEREDES & IN HEREDES TRANSFVNT,

TIT. XII.

Hoc loco admonendi sumus, eas quaedam actiones, quae ex lege, sententiae consulto, siue ex sacris constitutionibus proficiuntur: perpetuo solere antiquitus competere, donec sacrae constitutiones, tam in rem, quam in personam actionibus certos fines dederunt. eas vero, quae ex propria praetoris iurisdictione pendunt, plerumque intra annum viuere. nam & ipsius praetoris intra annum erat imperium. Aliquando tamen & in perpetuum extenditur, id est, usque ad finem ex constitutionibus introductum: quales sunt eae, quae bonorum possessoriae, et si quae, qui heredis loco sunt, ad commodat. Furti quoque manifesti actio, quamuis ex ipsius praetoris iurisdictione proficiatur: tamen perpetuo datur absurdum enim esse existimauit anno eam terminari. 2. Non autem omnes actiones quae in aliquem aut ipso iure competunt, aut a praetore dantur: & in heredem quoque competunt, aut dari solent. Est enim certissima iuris regula, ex maleficiis poenales actiones in heredem rei non competere, veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, damni iniuriarum. Sed hereditibus huiusmodi actiones competunt, nec denegantur: exceptis iniuriarum actione, & si qua alia similis inueniantur. Aliquando tamen etiam ex contractu actio contra heredem non competit: veluti cum testator doctose versatus sit, & ad heredem eius nihil ex eo dolo peruenit. Poenales autem actiones, quas supra diximus, si ab ipsis principibus personis fuerint coniectae, & hereditibus dantur, & contra heredem transferuntur.

3. Si quis ex vi actio, quae ante rem...

iudicatum is, cum quo actum est, satisfaciatur actori: officio iudicis conuenit eum absolueret, licet in ea causa fuisset iudicij accipiendi tempore, ut damnari deberet. & hoc est, quod antea vulgo dicebatur, omnia iudicia absolutoria esse.

DE EXCEPTIONIBVS,

TIT. XIII.

Sequitur, ut de exceptionibus dispiciamus. Comparatae autem sunt exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Saepae enim accidit, ut licet ipsa persecutio, qua actor experitur, iusta sit: tamen iniqua sit aduersus eum, cum quo agitur. 2. Verbi gratia, si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus, stipulanti Titio promissisti quod non debueras promittere: palam est, iure ciuili te obligatum esse: & actio, qua intenditur dare te oportere, effectiva est: sed iniquam est te condemnari. Ideoque datur tibi exceptio, quod metus causa, aut doli mali, aut in factum composita ad impugnandam actionem. 3. Idem iuris est, si quis quasi credendi causa pecuniam a te stipulatus fuerit, neque numerauerit. Nam eam pecuniam a te petere posse eum, certum est, dare enim te oportet: quum ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquam est, eo nomine te condemnari: placet exceptio pecuniae non numeratae te defendi debere. cuius tempora nos (secundum quod iam superioribus libris scriptum est) constitutione nostra coartauimus.

4. Praeterea debitor si passus fuerit cum creditore, ne se pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: quia pacto conuenio obligationes non omnino dissoluantur: qua de causa effectiva est aduersus eum actio, quam actor intendit, SI APPARET EVM DARE OPORTERE. sed quia iniquam est, contra actionem eum condemnari: defenditur per exceptionem pacti conuenti. 5. Aequum si debitor, creditore deferente iurauerit, nihil se dare oportere: adhuc obligatus permanet. sed quia iniquam est de peritio queri, defenditur per exceptionem iurandi. In his quoque actionibus, quibus in rem agitur, aequum necessarium sunt exceptiones. veluti si petitor deferente possessor iurauerit eam rem suam esse, & nihilominus petitor eandem rem vindicet, licet enim verum sit, quod inuenit, id est, rem eius esse: iniquam tamen est possessorem condemnari.

6. Item si in iudicio tecum actum fuerit, siue in rem, siue in personam: nihilominus obligatio durat: & ideo ipso iure de eadem re postea aduersus te agi potest, sed debet per exceptionem rei iudicatae adiuari. 7. Haec exempli causa retulisse sufficiat. Alioquin quam ex multis variisque causis exceptiones necessariae sint: ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris intelligi potest.

8. Quarum quaedam ex legibus, vel ex iis, quae legis vicem obtinent, vel ex ipsius praetoris iurisdictione substantiam capiunt.

9. Appellatur autem exceptiones aliae perpetuae & peremptoriae, aliae temporales & dilatoriae.

10. Perpetuae & peremptoriae sunt, quae semper agentibus obstant, & semper rem, de qua agitur, perimunt: qualis est exceptio doli mali, & quod metus causa factum est, & pacti conuenti, cum ita conuenierit, ne omnino pecunia peteretur.

11. Temporales atque dilatoriae sunt, quae ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt: qualis est pacti conuenti, cum ita conuenierit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinque menses. nam finito eo tempore non impeditur actor rem exequi. Ergo si, quibus intra certum tempus agere volumus obicitur exceptio aut pacti conuenti, aut alia similis: differre debent actionem, &

post tempus agere. Ideo enim & dilatoriae istae exceptiones appellantur. Alioquin si intra tempus egerint, obiectaque sit exceptio: neque eo iudicio quicquam consequerentur, propter exceptionem, neque post tempus olim agere poterant: cum temere rem in iudicium deducebant, & consumebant, qua ratione rem amittebant. Hodie autem non ita stricte hoc procedere volumus: sed eum, qui ante tempus actionis vel obligationis litem inferre ausus sit, Zenonianae constitutioni subiicere censemus: quam sacratissimus legislator de iis, qui tempore plus petierint, prouult: ut & inducias, quas ipse actor sponte indulserit, vel quas natura actionis continet, si contempserit: in duplum habeant is, qui talem iniuriam passus fuit: & post eas finitus non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint: ut adores tali poena perterriti, temporaria litium doceantur obseruare.

12. Praeterea etiam, ex persona sunt dilatoriae exceptiones quales sunt procuratoriae, veluti si per militem aut mulierem agere quis velit. Nam militibus, nec pro patre, vel matre, vel uxore, nec ex sacro rescripto procuratorio nomine experiri conceditur, suis vero negotiis superesse sine offensa militaris disciplinae possunt. Eas vero exceptiones, quae olim procuratoribus opponerentur: cum in iudiciis frequentari nullo modo perspeximus, conuiescere sancimus: ne dum de iis altercatur, ipsius negotij disceptatio proteleatur.

DE REPLICATIONIBVS,

TIT. XIII.

Interdum evenit, ut exceptio, quae prima facie iusta videtur, tamen iniquam noceat. quod cum accidit, alia allegatione opus est, aliuandi actoris gratia, quae replicatio vocatur: quia per eam replicatur, atque resoluitur ius exceptionis. veluti cum pactus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecuniam petat, deinde postea in contrarium pacti sunt, id est, ut creditor petere liceat: si creditor negat, & excipiat debitor, ut ita demum condemnatur, si non conuenierit, ne eam pecuniam creditor petat: nocet ei exceptio. conuenit enim ita, namque nihilominus hoc verum manet, licet postea in contrarium pacti fuerit: sed quia iniquam est creditorem excludi, replicatio ei dabitur ex posteriore pacto conuenienti.

2. Rursus interdum evenit, ut replicatio, quae prima facie iusta est, iniquam noceat, quod cum accidit, alia allegatione opus est, adiuidi rei gratia, quae duplicatio vocatur. 3. Et si rursus ea prima facie iusta videatur, sed propter aliquam causam actori iniquam noceat: rursus alia allegatione opus est, qua actor adiudicatur: quae dicitur triplicatio.

4. Quarum omnium exceptionum usum interdum vltius, quam diximus, varietas negotiorum introducit, quas omnes apertius ex Digestorum latiore volumine facile est cognoscere. 5. Exceptiones autem, quibus debitor defenditur, plerumque ad commodari solent etiam fideiussoribus eius & redde: quia quod ab iis petitur, id ab ipso debitore peti videtur: quia mandati iudicio redditurus est eis, quod ipse pro eo soluerint. Qua ratione, & si de non petenda pecunia pactus quis cum reo fuerit, placuit perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conuenti illis quoque, qui pro eo obligati sunt, ac si etiam cum ipsis pactus esset, ne ab eis ea pecunia peteretur. Saepae quaedam exceptiones non solent his ad commodari. Ecce enim debitor, si bonis suis cessit, & cum eo creditor experiat: defenditur per exceptionem, si bonis cessit. Sed haec exceptio fideiussoribus non datur: ideo scilicet, quia qui alio pro debitore obligat, hoc maxime prospicit ut cum

facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab iis, quos pro eo obligavit, suum consequi.

DE INTERDICTIS, TIT. XV.

Sequitur, ut discipiamus de interdictis seu actionibus, quae pro his exercentur. Erant autem interdicta formae atque conceptiones verborum, quibus praetor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat, quod tunc maxime fiebat, cum de possessione, aut quasi possessione inter aliquos contendebatur.

Summa autem divisio interdictorum haec est, quod aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exhibitoria. Prohibitoria sunt, quibus praetor vetat aliquid fieri, veluti vim sine vitio possidentis, vel mortuum inferenti, quod ei ius erat inferendi: vel in sacro loco edificari, vel in flumine publico ripam eius aliquid fieri, quo peius navigetur. Restitutoria sunt, quibus restitui aliquid iubet, veluti bonorum possessori possessionem eorum, quae quis pro herede aut pro possessore possidet ex ea hereditate: aut cum iubet ei, qui vi de possessione fundi deiecit, sit, restitui possessionem. Exhibitoria sunt per quae iubet exhiberi: veluti eum, cuius de libertate agitur: aut libertum, cui patronus operas indicere velit: aut parenti liberos qui in potestate eius sunt. Sunt tamen, qui putent, proprie interdicta ea vocari, quae prohibitoria sunt, quia interdicere sit denuntiare & prohibere: restitutoria autem & exhibitoria, proprie decreta vocari. Sed tamen obtinuit omnia interdicta appellari: quia interdus dicuntur.

Sequens divisio interdictorum haec est, quod quaedam adipsiendam possessionis comparata sunt, quaedam retinenda, quaedam recuperanda.

Adipsiendam possessionis causa interdictum adcommodatur bonorum possessori, quod appellatur, QUORUM BONORUM, cuiusque vis & potestas haec est: ut quod ex his bonis quisque, quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore possideat: id ei, cui bonorum possessio data est, restituere iubeat. Pro herede autem possidere videtur, qui putat se heredem esse. Pro possessore is possidet, qui nullo iure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem, sciens ad se non pertinere, possidet. Ideo autem adipsiendam possessionis vocatur interdictum: quia ei tantum visile est, qui nunc primum conatur adipsi rei possessionem. Itaque si quis adeptus possessionem, amiserit eam: hoc interdictum ei inutile est. Interdictum quoque, quod appellatur Saluvianum, adipsiendam possessionis causa comparatum est: eoque vitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset.

Retinendam possessionis causa comparata sunt interdicta, VTI POSSIDETIS, & VTRVBI: cum ab utraque parte de proprietate alienius rei controuersia sit: & ante quaeratur, uter ex litigatoribus possidere, & uter perere debeat. Namque nisi ante exploratum fuerit, utrius eorum possessio sit: non potest peritoria actio institui: quia & civilis, & naturalis ratio facit, ut alius possideat, & alius a possidente petat. Et quia longe commodius est & potius possidere, quam petere: ideo plerumque & sere semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Commodum autem possidendi in eo est, quod etiam si eius res non sit, qui possidet: si modo actor non potuit suam esse probare, remanet in suo loco possessio propter quam causam cum obscura sunt utriusque iura contra petitorum iudicari solet. Sed interdicto quidem VTI POSSIDETIS, de fundi vel aedii possessione contenditur: VTRVBI vero interdictum, de rerum mobilium possessione. Quorum vis ac potestas plurimum inter se differenciam apud

veteres habebat. Nam VTI POSSIDETIS interdicto is vincitur, qui interdicti tempore possidebat: si modo nec vi, nec clam, nec precario nactus fuerat ab aduersario possessionem: etiam si alium vi expulerat, aut clam arripuerat alienam possessionem, aut precario rogauerat aliquem, ut sibi possidere liceret. VTRVBI vero interdicto is vincitur, qui maiore parte eius anni, nec vi, nec clam, nec precario ab aduersario possidebat. Hodie tamen aliter obseruatur. Nam utriusque interdicti potestas (quantum ad possessionem pertinet) exaequata est: vi ille vincat & in re solis, & in re mobilis, qui possessionem nec vi, nec clam, nec precario ab aduersario litis contestat tempore detinet.

Possidere autem videtur quisque, non solum si ipse possideat, sed & si eius nomine aliquis in possessione sit, licet is eius iuri subiectus non sit, qualis est colonus & inquilinus. Per eos quoque, apud quos deposuerit quis, aut quibus commodauerit, ipse possidere videtur. Et hoc est, quod dicitur, retinere possessionem posse aliquem per quemlibet, qui eius nomine sit in possessione. Quin etiam animo quoque solo retineri possessionem placet: id est, ut quamvis neque ipse sit in possessione, neque eius nomine alius: tamen si non relinquenda possessionis animo, sed postea reuersurus inde discesserit, retinere possessionem videtur. Adipsi vero possessionem per quos aliquis potest, secundo libro exposuimus. Nec ulla dubitatio est, quin animo solo adipsi possessionem nemo possit.

Recuperanda possessionis causa solet interdici, si quis ex possessione fundi vel aedii vi deiecit fuerit. Nam ei proponitur interdictum VTI DE VI, per quod is, qui deiecit, cogitur ei restituere possessionem: licet is ab eo, qui vi deiecit, vi vel clam vel precario possideat. Sed ex constitutionibus sacris (ut supra diximus), si quis rem per vim occupauerit, si quidem in bonis eius est: dominio eius priuatur. Si aliena: post eius restitutionem, etiam aestimationem rei dare vim passio compellitur. Quia autem aliquem de possessione per vim deiecerit: tenetur lege Iulia de vi priuata, aut de vi publica. Sed de vi priuata, si sine armis vim fecerit. Sin autem cum armis cum de possessione vi expulerit: de vi publica tenetur. Armorum autem appellatio non solum scuta, & gladios, & galeas, sed & fustes, & lapides significari intelligimus.

Tertia divisio interdictorum haec est, quod aut simplicia sunt, aut duplicia. Simplicia sunt, veluti in quibus alter actor, alter reus est: qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria. Nam actor is est, qui desiderat aut exhiberi, aut restitui. Reus autem is est, a quo desideratur, ut restituat, aut exhibeat. Prohibitoria autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplicia. Simplicia sunt, veluti cum praetor prohibet in loco sacro, vel in flumine publico ripam eius aliquid fieri. Nam actor est, qui desiderat, ne quid haerens est, qui aliquid facere conatur. Duplicia sunt veluti VTI POSSIDETIS interdictum, & VTRVBI. Ideo autem duplicia vocantur, quia per utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam praecipue reus vel actor intelligitur: sed vniquisque tam rei, quam actoris partes sustinet.

De ordine & vetere exitu interdictorum superuacuum est hodie dicere. Nam quotiens extra ordinem ius dicitur (qualia sunt hodie omnia iudicia) non est nec esse reddi interdictum: sed perinde iudicari sine interdictis, ac si vtilis actio ex causa interdicti reddita fuisset.

DE POENATEMERE litigantium, TIT. XVI.

NONE

Nunc admonendi sumus, magnam curam egisse eos, qui iura sustinebant, ne facile homines ad litigandum procederent: quod & nobis studio est. Idque eo maxime fieri potest, quod temeritas eam agentium, quam eorum, cum quibus agitur, modo pecuniaria poena, modo iurificandi relegione, modo infamiae metu coercetur.

Ecce enim ius iurandum omnibus, qui conueniuntur, ex constitutione nostra defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus vitur, nisi prius iurauerit, quod putat se bona institia uti, ad contradicendum petuerit. At aduersus institantes, ex quibusdam causis dupli vel tripli actio constituitur: veluti si clamum iniuriae, aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur. Statim autem ab initio plus, quam simpli de actio: veluti furti manifesti, quadrupli: nec manifesti, dupli. Nam ex his & aliis quibusdam causis (sive quis neget, sive fateatur) plus, quam simpli est actio. Item actoris quoque calumnia iurare cogitur ex nostra constitutione. Utriusque etiam partis aduocati ius iurandum subeunt, quod alia nostra constitutione comprehensum est. Haec autem omnia pro veteris calumniae actione introducta sunt, quae in defunctudinem abiit: quia in partem decimam litis aduersus multabat, quod nullam factum esse inuenimus, sed pro his introductum est & praefatum ius iurandum, & ut improbus litigator, & damnus, & impensas litis inferre aduersario suo cogatur.

Ex quibusdam iudicis damnatis, ignominiosi sunt: veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo, item tutelae, mandati, depositi, directus, non contrarius actionibus. Item pro socio, quae ab utraque parte directa est: ob id quilibet ex sociis eo iudicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti quidem, aut vi bonorum raptorum, aut iniuriarum, aut de dolo, non solum damnati notantur ignominia, sed & patris, & recte, plurimum enim interest, utrum ex delicto aliquis an ex contractu debitor sit.

Omnium autem aetioem instituentium ab ea parte adipsi proficitur, quae prior edicit de in ius vocando. Utrique enim in primis aduersarius, in ius vocandus est: id est, ad eum vocandus, qui ius dicitur sit. Qua parte praetor parentibus & patronis, item parentibus liberisque patronorum & patronarum hunc praestat honorem: ut non aliter liceat liberis libertisque eis in ius vocare quam si id ab ipso praetore postulauerint, & impetrauerint. Et si quis aliter vocauerit: in eum poenam solidorum quinquaginta constituit.

DE OFFICIO IUDICIS, TIT. XVII.

Superest, ut de officio iudicis discipiamus. Et quidem in primis illud obseruare debet iudex, ne aliter iudicet, quam legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est.

Idemque si uoxali iudicio aditus est: obseruare debet, ut si condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare. PVBLLVM MAEVIVM LVICIO TITIO IN DECEM AVREOS CONDEMNNO, AVT NOXAM DEDERE. Et si in rem actum sit coram iudice: sive contra petitorum iudicauerit, absoluerit debet petitorum eius possessionem, iubeat ei debet, ut rem ipsam restituat cum fructibus. Sed si possessor neget in presenti se restituere posse, & sine frustratione videbitur: tempus restituendi causa petere, indulgendum est ei: ut tamen de litis aestimatione caueat cum fideiussore, si intra tempus, quod ei datum est, non restituerit. Et si hereditas petita sit: eadem circa fructus interueniunt, quae divisionis interueniunt de singularium rerum

petitione. Illorum autem fructuum, quos culpa sua possessor non percepit: sive illorum, quos percepit: in utraque actione eadem ratio pae ne habetur: si praedo fuerit. Si vero bonae fidei possessor fuerit: non habetur ratio neque consumptorum, neque non perceptorum. Post inchoatam autem petitionem, etiam illorum fructuum ratio habetur, quibus culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt.

Si ad exhibendum actum fuerit non sufficit, si exhibeat rem is, cum quo actum est: sed opus est, ut etiam rei causam debeat exhibere, id est, ut eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset. Ideoque si inter moras exhibendi usucapta sit res a possessore: nihilominus condemnabitur. Praeterea fructuum medij temporis, id est, eius quod post acceptum ad exhibendum iudicium ante rem iudicatam intercesserit: rationem habere debet iudex. Quod si neget reus, cum quo ad exhibendum actum est, in presenti se exhibere posse, & tempus exhibendi causa petat, idque sine frustratione postulare videatur: dare ei debet, ut tamen caueat se restituendum, quod si neque statim iustitia iudicis rem exhibeat, neque postea exhibiturum se caueat condemnandus sit in id, quod actoris intererat, si ab initio res exhibita esset.

Si familiae eriscunda iudicio actum sit: singulas res singulis heredibus adiudicare debet. & si in alterius persona praegravare videatur adiudicatio: debet hunc iniuicem coheredi certa pecunia (sicut iam dictum est) condemnare. Eo quoque nomine coheredi quisque suo condemnandus est, quod solus fructus hereditarij fundi percepit, aut rem hereditariam corruerit, aut consumpsit. Quae quidem similiter inter plures quoque quam duos coheredes, subsequuntur.

Eadem interueniunt, & si communi diuidendo de pluribus rebus actum sit. Quod si de vna res, veluti de fundo: si quidem iste fundus commode regionibus diuisionem recipiat: partes eius singulis adiudicare debet. & si vnus pars praegravare videbitur: iniuicem certa pecunia alteri condemnandus est. Quod si commode diuidi non possit: veluti si homo forte, aut mulus erit, de quo actum sit: tunc totus vni adiudicandus est, & is iniuicem alteri certa pecunia condemnandus est.

Si finium regundorum actum fuerit, displicere debet iudex, an necessaria sit adiudicatio. Quae sane vno casu necessaria est, si euidentioribus finibus diuisioni agros commodius sit, quam olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adiudicari, quo casu conueniens est, ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoque nomine condemnandus quisque hoc iudicio, quod forte circa fines aliquid malitiose commisit: verbi gratia, quia lapides finales furatus est, vel arbores finales excidit. Contumacis quoque nomine quisque eo iudicio condemnatur: veluti si quis iubente iudice metris agros passus non fuerit.

Quod autem isti iudicis alicui ad iudicatum fuerit: id statim eius sit, cui adiudicatum est.

DE PVBLICIS IVDICIIS, TIT. XVIII.

Publica iudicia neque per actiones ordinantur, neque omnino quicquam simile habent cum caeteris iudiciis, de quibus locuti sumus: magnaue diuersitas eorum est & in institucione, & in exercendo. Publica autem dicta sunt, quod cuius ex populo executio eorum plerumque datur. Publicorum iudiciorum quaedam capitalia sunt, quaedam non capitalia. Capitalia dicimus, quae vltimo supplicio affi-

ciunt homines, vel etiam aqua & ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cetera, si quam infamiam irrogant cum damno pecuniario: hae publica quidem sunt, non tamen capitalia. 4 § Publica quidem iudicia hae sunt: lex Julia maiestatis, quae in eos qui contra Imperatorem, vel rempublicam aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. Cuius poena animae amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortem damnatur. 5 § Item lex Julia de adulteris coercendis, quae non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed & eos, qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Julia etiam stupri flagitium punitur, cum quis sine vi vel virginem, vel viduam honeste viventem, stuprauerit. Poenam autem eadem lex irrogat stupratoribus, si honesti sunt, publicationem partis dimidiae bonorum: si humiles, corporis coercionem cum relegatione.

6 § Item lex Cornelia de sicariis, quae homicidas vitore ferro persequitur, vel eos, qui hominis occidendi causa cum telo ambulabant. Telum autem (ut Caius noster ex interpretatione legum duodecim tabularum scriptum reliquit) vulgo quidem id appellatur, quod ab arca mittitur. sed & omne significat, quod manu cuiusque iacitur. sequitur ergo, ut lignum & lapis, & ferrum hoc nomine contineatur dictum ab eo, quod in longinquum iactatur, a Graeco voce *κλάε* figura tum.

Et sic hanc significationem invenire possumus & in Graeco nomine. nam quod nos telum appellamus, illi *βέλεε* appellant. Admonent nos epigrammata in Xerolopho urbis sanctissimae scripta, *αμνία βέλεος μιάς εσ ερετολόχου, τεξέουμ, εφενδόνος, πλετ: αι δε κελ λιθοι*. Et huiusmodi vela simul ab eis sevebantur, lanceae, spiculae, fundae, plurimi autem *εσ lapides*. Sicarij autem appellantur a sicca, quod significat ferreum cultrum. Eadem lege & venefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, quam susurris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publice vendiderint.

7 § Alia deinde lex aspernum crimen noua poena persequitur, quae Pompeia de parricidiis vocatur: quae cauetur, ut si quis parentis, aut filij, aut omnino adfinitatis eius, quae nuncupatione parentum continetur, fata praeparauerit (sive clam, sive palam id ausus fuerit) necnon is, cuius dolo malo id factum est, vel conficius criminis existit, licet extraneus sit, pe-

na parricidij puniatur, & neque gladio, neque ignibus, neque ulli alij solenni poena subiciatur, sed insitus culleo cum Cane, & Gallo gallinaceo, & Vipera, & Simia, & inter eas ferales angustias comprehensus (secundum quod regionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel in amnem proiciatur: ut omnium elementorum vfu vnius carere incipiat, & e caelum superstiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione vel adfinitate personas coniunctas necauerit: poenam legi. Corneliae de sicariis sustinebit. 8 § Item lex Cornelia de falsis, quae etiam testamentaria vocatur, poenam irrogat ei, qui testamentum, vel aliud instrumentum falsum scripserit, signauerit, recitauerit, si bicecit: vel signu adulterinum fecerit, suscipserit, expresserit scilicet dolo malo. Eiusque legis poena in seruos, vltimū suspicium est (quod etiam in le, e de sicariis & veneficis seruatur) in liberos vero deportatio. 9 § Item lex Julia de vi publica seu priuata, aduersus eos exoritur, qui vim vel armatam, vel sine armis commiserint. Sed si quidem armata vis arguatur: deportatio ei ex lege Julia de vi publica irrogatur. si vero sine armis: in tertiam partem bonorum suorum publicatio imponitur. Sin autem per vim raptus virginis, vel viduae, vel sanctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus: tunc & raptores, & ij, qui opem huic flagitio dederunt, capite puniuntur, secundum nostrae constitutionis definitionem; ex qua hoc apertius possibile est scire. 10 § Item lex Julia peculatus eos punit, qui publicam pecuniam, vel rem sacram, vel religiosam furati fuerint. Sed si quidem ipsi iudices tempore administrationis publica pecunias subtraxerint: capitali animaduersione puniuntur: & non solum hi, sed etiam, qui ministerium eis ad hoc exhibuerint, vel qui subtrahas ab his scientes susceperint. Alij vero, qui in hanc legem inciderint: poena deportationis subiunguntur. 11 § Est & inter publica iudicia lex Flauia de plagiariis, quae interdum capitis poenam ex sacris constitutionibus irrogat, interdum leuiorem. 12 § Sunt praeterea publica iudicia, lex Julia de ambitu, lex Julia repetundarum, & lex Julia de annona, & lex Julia de residuis, quae de certis capitulis loquuntur: & animae eisdem amissionem non irrogant: illis autem poenis eos subiciunt, qui praecipua earum neglexerint. 13 § Sed de publicis iudiciis hae exposuimus, ut vobis possibile sit summo digito, & quasi per indicem ea tetigisse. alioqui diligentior eorum scientia vobis ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris Deo propitio aduentura est.

INSTITUTIONVM FINIS.

DOMINI



DOMINI NOSTRI SACRATISSIMI PRINCIPIS IVSTINIANI IVRIS ENVCLEATI EX OMNI vetere iure collecti Digestorum seu Pandectarum,

LIBER PRIMVS. DE IVSTITIA, ET IVRE. TITVLVS I.

Ulpianus libro primo Institutionum.

Ubi operam daturum prius nosse oportet, unde nomen iuris descendat. Est autem iustitia appellatum, nam, ut eleganter Celsus definit, ius est ars boni & aequi.

1 § Cuius merito quibus nos sacerdotes appellet. Iustitiam namque colimus: & boni & aequi notitiam praebitemur: aequum ab ini-quo separantes: licitum ab illicito discernentes: homines non solum metui poenarum, verum etiam praemium quoque exhortatione efficere cupientes: veram, nisi fallor, philosophiam non simulatam assecutantes. 2 § Huius studij duae sunt positiones publicum & priuatum. Publicum ius est, quod ad statum rei Romanae spectat. Priuatum, quod ad singulorum vtilitatem. Intra enim quaedam publice vtilitatem priuatum. Publicum ius in sacerdotibus, in magistratibus constitit. Priuatum ius in ceteris est. coniectum etenim est ex naturalibus praecipis, aut gentium, aut ciuilibus. 3 § Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit. nam ius istud non humani generis proprium: sed omnium animalium, quae in terra, quae in mari nascuntur, auium quoque, commune est. Hinc descendit maris atque familiae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. videmus etenim cetera quoque animalia, feras etiam, istius iuris peritia censerit. 4 § Ius gentium est quo gentes humanae vtiuntur, quod a naturali recedere facile intelligere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc totis hominibus inter se commune sit.

5 § Ius civile est, quod in totum a naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei seruit. Itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi: ius proprium, id est civile, efficitur.

6 § Hoc igitur ius nostrum constat aut ex scripto, aut sine scripto, ut apud Graecos τῶν νόμων αἱ μὲν ἐσγραφοί, αἱ δὲ ἀγραφοί. 7 § Papianus libro secundo Definitionum.

Ius autem civile est, quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, decretis principum, auctoritate praetentium venit. 1 § Ius praetorium est, quod praetores introduxerunt, adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilem gratia, propter vtilitatem publicam, quod & honorarium dicitur, ad honorem praetorum hinc nominatum.

2 § Pomponius libro singulari Enchiridij. Eluti erga Deum religio: ut parcatibus, & patriae pareamus. 3 § Florentinus libro primo Institutionum. Vim atque iniuriam propulsemus. Nam iure hoc erenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure fecisse existimetur. & cum inter nos cognationem quandam natura constituit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse.

4 § Ulpianus libro primo Institutionum.

Manumisiones quoque iuri gentium sunt. Est autem manumissio de manu missio, id est datio libertatis. nam quamdiu quis in seruitute est, manui & potestati suppositus est: manumissus liberatur potestate. Quae res a iure gentium originem sumpsit: utpote cum iure naturali omnes liberi nascerentur: nec esset nota manumissio, cum seruitus esset incognita. sed posteaquam iure gentium seruitus inuasi, secutum est beneficium manumissionis: & cum vno naturali nomine homines appellarentur, iure gentium tria genera esse ceperunt: liberi, & his contrarium serui, & tertium genus liberti, id est, hi qui desierant esse serui.

5 § Hermogenianus libro primo Iuris epitomarum. Ex hoc iure gentium introducta bella; discretae gentes; regna condita; dominia distincta; agris termini positi; aedificia collocata, commercium, emptiones, venditiones, locationes, conductiones, obligationes institutae: exceptis quibusdam, quae a iure ciuili introductae sunt.

6 § Ulpianus libro primo Institutionum. Ius ciuile est, quod neque in totum a naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei seruit. Itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi: ius proprium, id est civile, efficitur.

7 § Hoc igitur ius nostrum constat aut ex scripto, aut sine scripto, ut apud Graecos τῶν νόμων αἱ μὲν ἐσγραφοί, αἱ δὲ ἀγραφοί. 1. legum aliae quidem scriptae, aliae vero non scriptae.

8 § Marcianus libro primo Institutionum. Nam & ipsum ius honorarium vna vox est iuris & ciuilis. 9 § Gaius libro primo Institutionum. Omnes populi qui legibus & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure vtiuntur. Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis est: vocaturque ius ciuile.

Ulpianus

leg 1^a ff 2. § De iustitia et
iure.

nous avons comme les romains un droit
public, et un droit particulier.

Le droit public a pour objet les
droits du roi, le domaine de la
couronne, la discipline extérieure de
l'eglise, le gouvernement et justice
générale du royaume, les finances
la guerre, les droits et devoirs des
officiers de robe ou d'epée, et ceux
des communautés. ainsi les con-
stitutions relatives à ce droit
se trouvent dans les concordats,
ordonnances, ordonnances,
et traités d'alliance ou de paix
conclus avec les puissances étran-
gères.

Le droit privé a pour objet les
controverses, et les droits des
particuliers. il est fondé sur les
lois ou sur le droit romain que
nous observons en ce qui n'y a
pas été derogé par les ordonnances
royales. Les coutumes provinciales
du royaume sont reçues par
des coutumes particulières
à plusieurs d'elles on a recouru
à celles d'après. v. le journal
de l'acad. des ins. tom. i. page 705.

quasi ius proprium ipsius civitatis. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes perque custoditur: vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur.

10 Ulpianus libro primo Regularum. Iustitia est constantis & perpetua voluntas ius suum alteri tribuendi. 1 Iuris precepta sunt licet honeste vivere, alterum non ledere, suum cuique tribuere. 2 Iuris prudentia est divinarum, atque humanarum rerum notitia, iustique iniusti scientia.

11 Paulus libro quartodecimo ad Sabinum. Ius pluribus modis dicitur. vno modo cum id quod semper æquum ac bonum est, ius dicitur: ut est ius naturale. altero modo, quod omnibus, aut pluribus, in quaque civitate vile est: ut est ius civile, nec minus ius recte appellatur in civitate nostra ius honorarium. Prætor quoque ius reddere dicitur, etiam cum iniuste decernit: relatione scilicet facta non ad id, quod ita prætor fecit, sed ad illud, quod prætorum facere convenit. alia significatione ius dicitur locus, in quo ius redditur: appellatio collata ab eo, quod sit, in eo, ubi sit, quem locum determinare hoc modo possumus: vbi cumque prætor sua maiestate imperij sui, salvoque more maiorum, ius dicere constituitis locus recte ius appellatur.

22 Martianus libro primo Institutionum.

Nonnunquam ius etiam pro necessitudine dicitur, veluti est ius cognationis, vel adfinitatis.

DE ORIGINE IVRIS, ET OMNIUM MAGISTRATUM & SUCCESSIONE PRUDENTIUM.

TIT. II.

Gaius libro primo ad legem duodecim tabularum.

Facturus legum veterarum interpretationem. necessarium prius ab verbis initiis rependum existimavi: non quia velim verbosus commentarios facere, sed quod in omnibus rebus animadvertere id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret. Et certe cuiusque rei potissima pars principium est. Deinde si in foro causas dicentibus nefas, ut ita dixerim, videtur esse, nulla præfatione facta, iudici rem exponere: quanto magis interpretationem proventibus inconueniens erit, omisis initiis, atque origine non repetita, atque illotis, ut ita dixerim, manibus, protinus materiam interpretationis tractare: namque, nisi fallor, istæ præfationes & libentius nos ad lætionem præpositæ materię, prædicunt: & cum ibi venerimus, euidentiorem præfationem intellectum.

2 Pomponius libro singulari Enchiridij.

Necessarium itaque nobis videtur ipsius iuris originem, atque processum demonstrare.

1 Et quidem initio civitatis nostræ populus sine lege certa, sine iure certo primum agere instituit: omniaque manu à regibus gubernabantur.

2 Postea, aucta ad aliquem modum civitate, apsum Romulum traditur populum in triginta partes diuisisse: quas partes Curias appellavit: propterea quod tunc reipublicæ curam per sententias partium earum expediebat. Et ita leges quasdam & ipse curias ad populum tulit, tulerunt & sequentes reges, quæ omnes conscriptæ existant in libro sexti Papi-

manus ad verba edita 309. Cetera sunt ad legem 11. Fabianam.

tij: qui fuit illis temporibus, quibus Superbas Demarati Corinthij filius, ex principalibus viris. Is liber, ut diximus, appellatur ius civile Papijanum, non quia Papius de suo quicquam ibi adiecit: sed quod leges sine ordine latas in vnum composuit. 3 Exactis deinde regibus, lege Tribunicia omnes leges hinc exolerunt: iterumque cepit populus Romanus incerto magis iure, & consuetudine alia, quam per latam legem: idque prope viginti annis passus est. 4 Postea, ne diutius hoc fieret: placuit publica auctoritate decem constitui viros, per quos peterentur leges à Græcis civitatibus, & civitas fundaretur legibus. quas in tabulis eboreas per scriptas pro rostris composuerunt, ut possint leges aptius percipi, datumque est eis ius eo anno in civitate summum: vii leges & corrigent, si opus esset, & interpretarentur: neque prouocatio ab eis, sicut à reliquis magistratibus, fieret. Qui ipsi animadvertentur aliquid deesse illis primis legibus: id eoque sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adiecerunt. & ita ex accidenti appellatæ sunt leges duodecim tabularum, quarum ferendarum auctorem fuisse decemviris Hermodorum quendam Ephesium, exultantem in Italia quendam tenuerunt.

5 His legibus latis cœpit, ut naturaliter euenire solet, ut interpretatio desideraret prudentium auctoritatem: necessarium esse dispositionem fore. Hæc dispositio, & hoc ius, quod sine scripto venit, compositum à prudentibus propria parte aliqua non appellatur, ut cæteræ partes iuris suis nominibus designantur, datis propriis nominibus cæteris partibus: sed communi nomine appellatur ius civile.

6 Deinde ex his legibus, eodem tempore feræ, actiones composuit sunt, quibus inter se homines disceptarent, quas actiones ne populus prout velle, insinuere: cœtas solemnèque esse voluerunt, & appellatur hæc pars iuris legis actiones. id est, legitimæ actiones. Et ita eodem tempore tria hæc iura nata sunt: leges duodecim tabularum, & ius civile, & ius gentium. Ex istis legis actionibus composuit sunt, omnium tamen harum & interpretandi scientia, & actiones, apud collegium pontificum erant: ex quibus constituebatur, quis quoquo anno præficeret priuatis, & ferè populus annis prope centum hæc consuetudine usus est. 7 Postea cum Appius Claudius proposuisset, & ad formam redegerisset hæc actiones: Gnaeus Flavius, scriba eius, libentem filium, subreptum librum populo tradidit, & adeo gratum fuit id munus populo, ut tribuunt plebis fieret, & senator, & ædilis curulis, hic liber, qui actiones continet, appellatur ius civile Flavianum, sicut ius civile Papijanum, nam nec Gnaeus Flavius de suo quicquam adiecit libris, Augescere civitate, quia decerant quædam genera agendi, non post multum temporis spatium Sexus, & ius alias actiones composuit, & librum populo dedit, qui appellatur ius Flavianum. 8 Deinde cum esset in civitate lex duodecim tabularum, & ius civile, essent & legis actiones: euenit, ut plebs in discordiam cum patribus perueniret, & secederet, sibi que iura constitueret, quæ iura plebs sibi vocantur, mox cum reuocata est plebs: quia multæ discordiæ nascebantur de his plebsicitiis, pro legibus placuit & ea obseruari, lege Hortensia, & ita factum est, ut inter plebsicita, & legem, species constituendi interefferent, potestas autem eadem esset. 9 Deinde quia difficile plebs conuenire cœpit, populus certe multo difficilior in tanta turba hominum: necessitas ipsa curam reipublicæ ad senatum deduxit. Ita cœpit senatus se interponere: & qui quid constituisset, obseruabatur: idque ius appellabatur Senatusconsultum. 10 Eodem tempore & magistratus iuris redderent: & ut scirent ciues, quod ius de quoque re quisque dicitur esset, seque præmuniret, edicta proponebant, quæ edicta prætorum, ius honorarium constituerunt. Honorarium dicitur, quod ab honore prætoris venerat. 11 Ceterum

quidam legunt per imperatorem... quædam legunt per imperatorem... quædam legunt per imperatorem...

visum, sicut ad prætores iuris constituendi via præfuisse, ipsi rebus dicantibus, videbantur: per partes euenit, ut hæc res, & iustitiam per vnum consuli, nam senatus non perinde omnes prouincias probe gerere poterant. Igitur constituitur principis, datum est ei ius, ut quod constituisset, ratum esset.

12 In civitate nostra, aut iure, id est lege constituitur: aut est proprium ius civile, quod sine scripto in sola prudentium interpretatione consistit: aut sunt Legis actiones, quæ formam agendi continent: aut Plebsicita, quod sine auctoritate patrum est constitutum: aut est magistratum Eddictum, unde ius Honorarium nascitur: aut Senatusconsultum, quod solum senatu constituitur: inducitur sine lege: aut est Principalis constitutio, id est, ut quod ipse princeps constituit, pro lege feruetur. 13 Post originem iuris, & processum cognitum, consequens est, ut de magistratuum nominibus, & origine cognoscamus. quia, ut exposuimus, per eos, qui iuri dicundo præstant, effectus rei accipitur, quæ enim ius in civitate esse, qui sunt, qui iura regere possunt: Post hoc deinde auctorum successione dicemus: quod constitare non potest ius, nisi sit aliquis iurisferus, per quem possit contineri in melius produci.

14 Quod ad magistratus attinet, initio civitatis huius constat reges omnem potestatem habuisse. 15 Idem temporibus & tribunum celerum fuisse constat. Is autem erat qui equitibus præerat, & veluti secundum locum à regibus obtinebat, quo in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor fuit regis eiecendi.

16 Exactis deinde regibus, consules constituti sunt duo: penes quos summum ius ut esset, lege rogatum est, didi sunt ab eo, quod plurimum reipublice conferent, qui tamen ne per omnia regiam potestatem sibi vindicarent, lege lata factum est, ut ab eis prouocatio esset, neve possent in caput cuius Romani animaduertere iniuria populi: solum relictum est illis, ut coercere possent, & in vincula publica duci iuberent.

17 Post deinde cum census iam maiori tempore agendus esset, & consules non sufficerent huic quoque officio, censores constituti sunt.

18 Populo deinde aucto, cum Crebra orientur bella, quædam ætiora à finitimis inferrentur: interdum res exigente, placuit maioris potestatis magistratum constitui, itaque dictatores producti sunt, à quibus nec prouocandi ius fuit: & quibus certam causam animaduertendi data erat. Hinc magistratum quoniam summam potestatem habebat non erat valde sextum mensum retinere.

19 Et his d. a. toribus magistri equitum iungebantur sic, quo modo regibus tribum celerum, quod officium ferè tale erat, qualis hodie præfectorum prætorio, magistratus tamen habebantur legitimi. 20 Idem temporibus cum plebs à patribus secessisset, anno ferè seximodecimo post reges exactos, tribunos sibi in monte Særo creauit, qui essent plebsi magistratus, didi tribuni, quod olim in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis singuli creabantur: vel quia tribuum suffragio creabantur.

21 Idemque ut essent, qui ædibus præficerent, in quibus omnia facta sua plebs deserebat: duos ex plebe constituerunt, qui etiam ædiles appellati sunt. 22 Deinde cum ætatum populi auctus esse cœpisset: et essent qui illi præficerent, constituti sunt quætores, qui pecunias præficerent: didi quætores, quod inquirenda, & conferenda pecunie eius essent erant.

23 Et quia, ut diximus, de capite ciuis Romani iniuria populi non erat lege permillum constitutum ius dicere: propterea quætores constituti sunt: & populo qui capitalibus rebus præficerent: hi constituebantur quætores parricidij: quorum etiam manebat lex duodecim tabularum.

24 Et cum placuisset leges quoque ferri: latum est ad populum ut omnes magistratus se abdicarent: quo decemviri constituti, anno vno, cum magistratum prorogarent sibi, & cum iniustitiam tractarent, neque vellent deinceps sufficere magistratibus, ut ipsi & factio sua perpetuo reipublicam occuparam retineret: nuntia atque inspera dominatione eo rem perdiderant, ut exercitus à republica secederet. Initium fuisse secessionis dicitur Verginius quidam, qui cum animaduertisset, Appium Claudium contra ius, quod ipse ex vetere iure in duodecim tabulas transfulerat, vindicias filie suæ à se abaxisse, & secundum eum, qui in seruitutem ab eo suppositus petierat, dixisse: capillumque amore virginis, omne fas ac nefas miscescuisse: indignatus, quod vetusti iura obseruancia in persona filie suæ defecisset (vixit enim Brutus, qui primus Romæ consul fuit, vindicias secundum libertatem duxisset in persona Vindiciæ Vitelliorum ferui, qui proditoris coniurationem indicio suo detexerat) & castitatem filie viræ quoque eius præferendam putaret, arrepto cultro de tiberæa, lanionis, filiam interfecit: in hoc scilicet, ut morte virginis cœnuebam stupri arceret, ac protinus recens à cæde, madentemque adhuc filie cruore, ad commilitones confugit, qui yniuersi de Algidio, ubi tunc belli gerendi causa legiones erant: relictis ducibus pristinis, signa in Auentinum transfulerunt. omnibusque plebs vrbana mox eodem se consulit, populi que consensu partim in carcere necati. Ita rursus reipublica suum statum recepit.

25 Deinde cum post aliquot annos, quàm duodecim tabulæ laxe sint: & plebs contendere cum patribus, & velle ex suo quoque corpore consules creare, & patres recusarent: factum est, ut tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex patribus, consulari potestate, hique constituti sunt vario numero: interdum enim viginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores.

26 Deinde cum placuisset creari etiam ex plebe consules, cœperunt ex utroque corpore constitui. Tunc, ut aliquo plures patres haberent, placuit duos ex numero patrum constitui, ita facti sunt ædiles curules. 27 Ceterum consules a facere bellis institutis, neque esset, qui in civitate ius reddere possent: factum est, ut prætor quoque crearetur, qui vrbani appellatus est, quod in vrbis ius redderet. 28 Post aliquot deinde annos, non sufficiens eo prætor, quod multa vrbana etiam peregrinorum in civitatem venieret, creatus est & alius prætor, qui peregrinis appellatus est ab eo, quod plerumque inter peregrinos ius dicebat.

29 Deinde cum esset necessarius magistratus, qui hæc orzellerent: decemviri in litiis iudicandis sunt constituti. 30 Eodem tempore & quatuor viri, qui curam viarum gererent: & triumviri monetiles, æri, argenti, auri flatore: & triumviri capitales, qui carceris custodiam haberent, ut cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. 31 Et quia magistratibus, vespertinis temporibus, in publicum esse inconueniens erat, quinqueviri constituti sunt cis Tiberim, & vltis Tiberim, qui post inter magistratibus furgi.

32 Cetera deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensis prouincia: totis prætores, quos prouinciarum in dicionem venerat, creati sunt: partim qui vrbani rebus, partim qui prouincialibus præficerent. Deinde Cornelius Sulla quæstiones publicas constituit: veluti de falsis, de parricidio, de sicariis, & prætores quatuor dedit. Deinde Gaius Iulius Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præficerent, & à Cæcere Cereales constituit. Ita duodecim prætores, sex ædiles sunt creati. Diuus deinde Augustus sedecim prætores constituit. Post deinde Diuus Claudius duos prætores adiecit qui sidereommissi ius dicerent, ex quibus

De origine juris

Legis

ut ubi dicitur per hunc originem dicitur etiam, et
de differens progressus, et hinc a nobis dicitur in questu
hinc methodi quibus progressus dicitur.

leg. 10. 11. 12. ff. delegatus.
ce loix conformes des principes juridiques aux ma-
nistres et de l'autorité et interpréter les
loix et décider les cas ouverts par eux
qui le font.

13. *Ulpianus* libro primo ad Edictum Julium curulium.
Nam, ut ait *Pedius*, quotiens lege aliquid, unum vel alterum, introductum est: bona occasio est, cetera, quae tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certe iurisdictione suppleri.
 14. *Paulus* libro quinquagesimo quarto ad Edictum.
Quod verò contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentias.
 15. *Iulianus* libro 27. Digestorum.
In his, quae contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris.
 16. *Paulus* libro singulari de iure singulari.
Ius singulare est, quod contra tenorem rationis, propter aliquam utilitatem, auctoritate constitutionum introductum est.
 17. *Celsus* libro 26. Digestorum.
Scire leges non hoc est, verba earum tenere, sed vim ac potestatem.
 18. *Idem* libro 29. Digestorum.
Benignius leges interpretandae sunt, quò voluntas Bearum conseruetur.
 19. *Idem* libro 33. Digestorum.
In ambigua voce legis, ca potius accipienda est significatio, quae vitio caret: praesertim cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit.
 20. *Iulianus* libro 55. Digestorum.
Non omnium, quae à maioribus constituta sunt, ratio reddi potest.
 21. *Neratus* libro 6. Membranarum.
Et ideo rationes eorum, quae constituntur, inquiri non oportet, alioquin multa ex his, quae certa sunt, subvertuntur.
 22. *Ulpianus* libro 35. ad Edictum.
Cum lex in praeteritum quid indulget, in futurum vetat.
 23. *Paulus* libro 4. ad *Plautium*.
Minime sunt mutanda, quae interpretationem certam semper habuerunt.
 24. *Celsus* libro nono Digestorum.
In civile est, nisi tota lege perperda, una aliqua particula eius proposita, iudicare vel respondere.
 25. *Modestinus* libro 8. Responsorum.
Nulla iuris ratio, aut aequitatis benignitas patitur, ut quae salubriter pro utilitate hominum introducuntur, eas nos auriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem.
 26. *Paulus* libro quarto Quaestionum.
Omnis est nouum, ut priores leges ad posteriores trahantur.
 27. *Tertullianus* libro primo Quaestionum.
Ideo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi, iustitiam est: & semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, ut ad eas quoque personas & ad eas pertinerent, quae quandoque similes erunt.
 28. *Paulus* libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.
Sed & posteriores leges ad priores pertinent: nisi contrariae sint: idque multis argumentis probatur.
 29. *Idem* libro singulari ad legem Cincianam.
Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem vero, qui saluis verbis legis, sententiam eius circumvenit.
 30. *Ulpianus* libro quarto ad Edictum.
Fraus enim legi fit, ubi quod fieri noluit, fieri autem non vetuit, id fit, & quod distat per verba, & per effectum, id distat à sententia: hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit.
 31. *Idem* libro 13. ad legem Iuliam & Papiam.
Prius legibus solutus est, Augustus autem licet legibus soluta non est: principes tamen eadem illi privilegia tribuunt, quae ipsi habent.

32. *Iulianus* libro 94. Digestorum.
De quibus causis scriptis legibus non vitantur, id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine inductum est: & si qua in hoc deficiat, tunc quod proximum & conueniens ei est, si nec id quidem appareat, tunc in quo urbs Roma vitatur, feruari oportet.
 33. *Ulpianus* libro primo de officio Praetoris.
Dignum consuetudo pro iure & lege in his, quae non ex scripto descendunt, ubi ratio loquitur.
 34. *Idem* libro quarto de officio Praetoris.
Cum de consuetudine civitatis vel provinciae confidere quis videtur, primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contra ius aliquando iudicio consuetudo firmata sit.
 35. *Hermogenianus* libro primo iuris Epitomarum.
Sed & ea, quae longa consuetudine comprobata sunt, & per annos plurimos observata, velut ratio civium consuetudo, non minus, quam ea, quae scripta sunt, iuris feruatur.
 36. *Paulus* libro septimo ad Sabinum.
Immo magis auctoritatis hoc ius habetur: quod instantum probatum est, ut non fuerit necesse scripto id comprehendere.
 37. *Idem* libro primo Quaestionum.
Si de interpretatione legis quaratur: in primis inspicendum est, quo iure civitas retro in eiusmodi casibus fuisse, optima enim est legum interpretatio consuetudo.
 38. *Callistratus* libro primo Quaestionum.
Nam Imperator noster Severus rescriptis, in ambiguitatibus, quae ex legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut rerum perpetuo similiter iudicatarum auctoritatem, vim legis obtinere debere.
 39. *Celsus* libro 23. Digestorum.
Quod non ratione introductum, sed errore principum, deinde consuetudine optentum est: in aliis similibus non optinet.
 40. *Modestinus* libro primo regularum.
Ergo omnes ius aut consensus fecit, aut necessitas constituit, aut firmitas consuetudo.
 41. *Ulpianus* libro secundo Institutionum.
Totum autem ius constitit, aut in acquirendo, aut in conferendo, aut in minuendo, aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cuiusque fiat, aut quemadmodum quis rem vel ius suum conseruet, aut quomodo alienet, aut amittat.

DE CONSTITUTIONIBVS principum.
 TIT. IIII.

Ulpianus libro primo Institutionum.

Quod principi placuit, legis habet vigorem: vixit enim lege regia, quae de imperio eius lata est: populus ei & in eum omne suum imperium

imperium & potestatem conferat.
 Quodcumque igitur Imperator per capitulum & subscriptionem statuit, vel cognoscens decreuit, vel de plano interlocutus est, vel edicto praecipit: legem esse constituit, & hoc, si quis contra constitutiones appellationis, & hoc, si quis contra personales, & hoc, si quis contra tractantur: nam quae princeps aliter ob merita indulget, vel si quam poenam irrogat, vel si cui sine exemplo subuenit: per legem non constituitur.
 1. *Ulpianus* libro primo Institutionum.
Dignitas imperatoris, quod à diuine scilicet imperatoris proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus.
 2. *Modestinus* libro secundo Excusationum.
Ius est, quod per imperatorem in rebus dicitur, & hoc, si quis contra constitutiones appellationis, & hoc, si quis contra personales, & hoc, si quis contra tractantur: nam quae princeps aliter ob merita indulget, vel si quam poenam irrogat, vel si cui sine exemplo subuenit: per legem non constituitur.
 3. *Ulpianus* libro primo Institutionum.
Cum ius quo vitantur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones.
 4. *Hermogenianus* libro primo (iuris) Epitomarum.
Cum igitur hominum causa omnia ius constitutum sit, primo de personarum statu, ac post de ceteris, ordinem edicti perpetui secuti. & his proximis atque coniunctis applicantes titulos, ut res patitur, dicemus.
 5. *Gaius* libro primo Institutionum.
Semma itaque de iure personarum diuisio hae: scilicet, quod omnes homines aut liberi sunt, aut serui.
 6. *Hermogenianus* libro nono Institutionum.
Libertas est naturalis facultas eius, quod cuique licere libet, nisi si quid viant iure prohibetur.
 7. *Seruius* est constitutio iuris gentium, qua quis domino alieno contra naturam subicitur.
 8. *Serui* ex eo appellati sunt, quod Imperatores captiuos vendere, ac per hoc seruire, nec occidere solent. Mancipia vero dicta, quod ab hostibus manu captantur.
 9. *Marcius* libro primo Institutionum.
Et seruum quidem vna est conditio: liberorum autem hominum quidam ingenui sunt, quidam libertini.
 10. *Serui* autem in dominium nostrum re leguntur, aut iure civili, aut gentium. Iure civili, si quis se maior viginti annis ad pretium participandum venire possit est. Iure gentium serui nostri sunt, qui ab hostibus captiuntur, aut qui ex accillis nostri nascuntur.
 11. *Ingenii* sunt, qui ex matre libera nati sunt. Sufficit enim liberam fuisse eo tempore, quo nascitur, licet ancilla concepit: & e contrario, si libera conceperit, deinde ancilla pariat: placuit enim, qui nascitur, liberum nati: nec inter est iuris nuptis conceptus, an videretur non debet calumnias matris nocere ei, qui in ventre est.
 12. *Ex hoc* quodcumque est, si ancilla praegrans manumissa sit, deinde ancilla postea facta, aut expulsa civitate pepererit, liberum, an seruum pariet: & tamen restans probatum est liberum nasci: & sufficere ei, qui in ventre est, liberam matrem vel medio tempore habuisse.
 13. *Gaius* libro primo Institutionum.
Libertini sunt: qui ex iusta seruitute manumissi sunt.

DE STATV HOMINVM.
 TIT. V.

Gaius libro primo Institutionum.

Omnis ius quo vitantur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones.
 1. *Hermogenianus* libro primo (iuris) Epitomarum.
Cum igitur hominum causa omnia ius constitutum sit, primo de personarum statu, ac post de ceteris, ordinem edicti perpetui secuti. & his proximis atque coniunctis applicantes titulos, ut res patitur, dicemus.
 2. *Gaius* libro primo Institutionum.
Semma itaque de iure personarum diuisio hae: scilicet, quod omnes homines aut liberi sunt, aut serui.
 3. *Hermogenianus* libro nono Institutionum.
Libertas est naturalis facultas eius, quod cuique licere libet, nisi si quid viant iure prohibetur.
 4. *Seruius* est constitutio iuris gentium, qua quis domino alieno contra naturam subicitur.
 5. *Serui* ex eo appellati sunt, quod Imperatores captiuos vendere, ac per hoc seruire, nec occidere solent. Mancipia vero dicta, quod ab hostibus manu captantur.
 6. *Marcius* libro primo Institutionum.
Et seruum quidem vna est conditio: liberorum autem hominum quidam ingenui sunt, quidam libertini.
 7. *Serui* autem in dominium nostrum re leguntur, aut iure civili, aut gentium. Iure civili, si quis se maior viginti annis ad pretium participandum venire possit est. Iure gentium serui nostri sunt, qui ab hostibus captiuntur, aut qui ex accillis nostri nascuntur.
 8. *Ingenii* sunt, qui ex matre libera nati sunt. Sufficit enim liberam fuisse eo tempore, quo nascitur, licet ancilla concepit: & e contrario, si libera conceperit, deinde ancilla pariat: placuit enim, qui nascitur, liberum nati: nec inter est iuris nuptis conceptus, an videretur non debet calumnias matris nocere ei, qui in ventre est.
 9. *Ex hoc* quodcumque est, si ancilla praegrans manumissa sit, deinde ancilla postea facta, aut expulsa civitate pepererit, liberum, an seruum pariet: & tamen restans probatum est liberum nasci: & sufficere ei, qui in ventre est, liberam matrem vel medio tempore habuisse.
 10. *Gaius* libro primo Institutionum.
Libertini sunt: qui ex iusta seruitute manumissi sunt.

7. *Paulus* libro singulari de Portionibus, quae liberis damnatorum conceduntur.
Qui in viro est: periade ac si in rebus humanis esse, custoditur: quotiens de commolis ipsius partus quaeritur: quamquam alii, antequam nascatur, quamquam proficiat.
 8. *Papianus* libro tertio Quaestionum.
Imperator Titus Antonianus rescriptis, non ludi statum liberorum ob tenorem instrumenti male concepti.
 9. *Idem* libro trigentesimo primo Quaestionum.
In multis iuris nostri articulis deterior est conditio feminarum, quam masculorum.
 10. *Ulpianus* libro primo ad Sabinum.
Quod magis puto eius sexus estimandum, qui in eo praesulatur.
 11. *Paulus* libro octauodecimo Responsorum.
Paulus respondit, eum, qui viuente patre & ignorante de coniunctione filii conceptus est, licet post mortem sui natus sit, iustum filium ei, ex quo conceptus est, esse non videri.
 12. *Idem* libro nonodecimo Responsorum.
Sextimo mense nasci perfectum partum iam receptum est propter auctoritatem doctissimi viri Hippocratis: & ideo credendum est, eum, qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est, iustum filium esse.
 13. *Hermogenianus* libro primo Iuris Epitomarum.
Sernus in causa capitali, fortunae iudicio, à domino commissus, & si fuerit absolutus, non fit liber.
 14. *Paulus* libro quarto Sententiarum.
Non sunt liberi, qui contra formam humani generis conuerso more procreantur: veluti, si mulier monstruosum aliquid, aut prodigiosum enixa sit. Partus autem, qui membrorum humanorum officia ampliat, aliquatenus videtur effectus: & ideo inter liberos connumerabitur.
 15. *Tryphonianus* libro decimo Disputationum.
Antequam si tres pepererit, libera esse testamenti iussa, primo partu unum, secundo tres peperit, quod iustum est, an & quis eorum liber esset, hae conditioni libertati adposita iam implenda mulieri est, sed non dubitari debet, quin vltimus liber nascatur. nec enim natura permittit simul vno impetu duos infantes de vtero matris excedere: ut ordine incerto nascentium non appareat, vter in seruitute, libertateve nascatur. Incipiente igitur partu existens conditio efficit, ut ex libera edatur, quod postea nascitur, veluti si quilibet alia conditio libertati mulieris adposita, parturiente ea, existat: vel manumissa sub hac conditione, si decem milia haeredi Titiove dederit, eo momento, quo parit, per alium impleverit conditionem: iam libera peperisse credenda est.
 16. *Ulpianus* libro sexto Disputationum.
Idem erit si eadem Antequam primo duo pepererit, postea geminos ediderat, dicendum est enim, non posse dici vtrumque ingenuum nati, sed eum qui posterior nascitur, quod iustum est, facti potius est, non iuris.
 17. *Idem* libro vicentesimo secundo ad Edictum.
In orbe Romano qui sunt, ex constitutione Imperatoris Antonini ciues Romani effecti sunt.
 18. *Idem* libro vicentesimo primo ad Sabinum.
Imperator Hadrianus Publico Marcello rescriptis, liberam, quae praegrans vltimo supplicio damnata est, liberam parere: & solum esse seruari eam, dum partum ederet. Sed si ei, quae ex iustis nuptiis concepit, aqua & igni interdictum est: ciuem Romanum parit, & in potestate patris.
 19. *Celsus* libro vicentesimo nono Disputationum.

ley. ¹⁸ §. De statu hominum.
Les enfans nés d'un mariage
suisent en France la condition
de leur père, celle de leur mère
n'est comptée pour rien ainsi les
enfans d'un noble et d'une roturier
sont nobles, et ceux d'un roturier
et d'une femme noble sont roturiers.

Um legitima nuptia facta sint, patrem liberi sequuntur: y lgo quz sius matrem sequitur.

20. Ulpianus libro trigensimo octavo ad Sabinum.

Qui furere cepit, & statum, & dignitatem, in qua fuit, & magistratum, & potestatem videtur retinere: sicut rei suae dominium retinet.

21. Modestinus libro septimo Regularum.

Omno liber, qui se vendidit, manumissus non ad suum statum revertitur, quo se abdicavit: sed efficitur libertinae conditionis.

22. Idem libro duodecimo Responsorum.

Henixa est ancilla, quo secundum legem donationis manumissa esse debuit, cum ex constitutione libera fuerit, ingenuum ex ea datum.

23. Idem libro primo Pandectarum.

Uolo concepti dicuntur, qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet. qui & spurij appellantur πατρὸς τῶν ἀσχετῶν ἢ ἀσπίων.

24. Ulpianus libro 27. ad Sabinum.

Ex naturae hae est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur, nisi lex specialis aliud indicat.

25. Idem libro primo ad legem, Iuliam & Papiam.

Ingenuum accipere debemus etiam eum, de quo sententia lata est, quamvis fuerit libertinus, quia res iudicata pro veritate accipitur.

26. Iulianus libro sexagesimo nono, Digestorum.

Qui in vtero sunt, in toto paxne iure civili intelleguntur in rerum natura esse. Nam & legitime haezeditates his restituuntur, & si praegnas mulier ab hostibus capta sit, quod natum erit, postliminium habet, item patris, vel matris conditionem sequitur. Praeterea si ancilla praegnas surrepta fuerit: quamvis apud bonafidei emptorem pepererit: id quod natum erit, tanquam furtivum, vlti non capitur. His consequens est, ut libertus quoque quamdiu patroni filius nasci possit, eo iure sit, quo sunt qui patronos habent.

27. Ulpianus libro quinto Opiniorum.

Um, qui se libertinum esse fateatur, nec adoptando patronus ingenuum facere potuit.

DE HIS, QUI SVI, VEL

alieni iuris sunt, TIT. VI.

Gaius libro primo Institutionum.

De iure personarum alia diuisio sequitur: quod quaedam personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri subiectae sunt. Videmus itaque de his, quae alieno iuri subiectae sunt, nam si cognouerimus, quae istae personae sunt: simul intellegemus, quae sui iuris sunt. dispiciamus itaque de his, quae in aliena potestate sunt. 1. Igitur in potestate sunt serui dominorum, quae quidem potestas iurisdictionis est: nam apud omnes perque gentes animaduertere possumus, dominis in seruos vitz necisque potestatem fuisse, & quodcumque per seruum acquiritur, id domino acquiritur. 2. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio Romano sunt, licet supra modum & sine causa legibus cognita, in seruos suos seruire. nam ex constitutione Diui Antonini, qui sine causa seruum suum occiderit, non minus pOniri iubetur, quam qui alienum seruum occiderit. Sed & maior asperitas dominorum eiusdem principis constitutione coercetur.

2. Ulpianus libro octavo de officio Proconsulis.

Si dominus in seruo seruerit, vel ad impudicitiam, aut per vim violatorem compellat: quae sunt pat-

res praedictae, ex rescripto Diui Pij ad Aelium Marcianum proconsulem Veticae manifestabitur. cuius rescripti verba hae sunt: Dominorum quidem potestatem in suos seruos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum ius solum strahi, sed dominorum interest, ne auxilium contra seruitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegentur his, qui iuste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulij Sabini ad statum confugerunt, & si vel durius habito, quam aequum est, vel infanti iniuria affectos cognoueris: veniri iubere ut in potestate domini non reuertantur. qui si meae constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum seuerius exsecuturum. Diuus etiam Hadrianus vbi in eandem materiam, in quinquennium re regauit, quod ex leuissimis causis ancillas atrocissime tractasset.

3. Gaius libro primo Institutionum.

Item in potestate nostra sunt liberi ne fris: quos ex iustis nuptiis procreauerimus. quod ius proprium civium Romanorum est.

4. Ulpianus libro primo Institutionum.

Am citium Romanorum quidam sunt patres familiarum, alij filij familiarum: quaedam matres familiarum, quaedam filiae familiarum. Patres familiarum sunt, qui sunt suae potestatis: siue puberes, siue impuberes, simili modo matres familiarum, filij familiarum, & filiae: quae sunt in aliena potestate. Nam qui ex me & vxore mea nascitur, in mea potestate est: item qui ex filio meo & vxore eius nascitur, id est nepos meus & neptis, & qui in mea sunt potestate: & pronepos, & proneptis: & deinceps ceteri.

5. Idem libro trigensimo sexto ad Sabinum.

Epotes ex filio, mortuo auo, recidere solent in filij potestatem, hoc est patris sui, simili modo & pronepotes, & deinceps, vel in filij potestate, si vinit, & in familia manent: vel in eius parentis, qui ante eos in potestate est. hoc non tantum in naturali bus, verum in adoptiuis quoque iuris est.

6. Idem libro nono ad Sabinum.

Filius eum definimus, qui ex viro & vxore eius nascitur. Sed si fingamus adfuisse maritum verbi gratia per decennium, & reuens anniculum inuenisse in domo sua: placet nobis Iuliani sententia, huc non esse mariti filium, non tamen ferendum Iulianum ait eum, qui cum vxore sua assidue moratus non sit filium agnosceret, quasi non suum. Sed mihi videtur, quod & Sczuola provat, si conset maritum aliquamdiu cum vxore non concubuisse, infirmitate interueniente, vel alia causa, vel si ea valitudine patres familiaris fuit, & generare non possit: hunc qui in domo natus est, licet vicinis scientibus, filium ad esse.

7. Idem libro vicensimo quinto ad Sabinum.

Si qua praena pater fuerit affectus, ut vel civitatem amittat, vel seruus paxae efficiatur: sine dubio nepos filij loco succedit.

8. Idem libro vicensimo sexto ad Sabinum.

Atre furioso, liberi nihilominus in patris sui potestate sunt. Idem & in omnibus est parentibus, qui habent liberos in potestate. nam cum ius potestatis moribus sit recentum, nec possit desinere quis habere in potestate, nisi exierint liberi, quibus casibus solent: nequaquam dubitandum est, remanere eos in potestate. Quare non solum eos liberos in potestate habebit, quos ante furorē genuit: verum & si qui ante furorē concepti, in furore editi sunt. sed & si in furore agente eo, vxor concipiat: videndum, an in potestate eius nascatur filius. nam furiosus licet vxorem ducere non possit, retinere tamen matrimonium potest, quod cum ita se habeat, in potestate filij.

se filium habebit. Proinde & si furiosa sit vxor, ex ea ante conceptus in potestate nascetur. sed & in furore eius conceptus ab eo, qui non forebat, sine dubio in potestate nascetur: quia retinetur matrimonium, sed & si ambo in furore agant & vxor & maritus, & tunc concipiat: partus in potestate patris nascetur, quasi voluntatis reliquit in furiosis manentibus. nam cum consistat matrimonium altero furente, consistet & vxore. Adeo autem retinet ius potestatis pater furiosus, ut & adquiratur illi commodum eius, quod filius adquisiuit.

9. Pomponius libro sextodecimo ad Quintum Mucium.

Filius familias in publicis causis loco patris familias habetur: veluti ut magistratum gerat, ut tutor deat.

10. Ulpianus libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.

Si index nutrir, vel alij opere prouentauerit: Sdicendum est de vxitate quaerendum filius sit, an non: neque epim alimentorum causa veritati facit prziuuicium.

11. Modestinus libro primo Pandectarum.

Nutti filij naturalis, vel emancipati non rediguntur in patriam potestatem.

DE ADOPTIONIBVS, ET EMANCI- PATIONIBVS, & ALIIS MODIS, QUIBUS POTESTAS SOLUITUR. TIT. VII.

Modestinus libro secundo Regularum.

Filius familias non solum natura, verum & adoptione facitur. 1. Quod adoptionis nomen est quidem generale. in duobus autem speciebus diuiditur: quarum altera adoptio similiter dicitur: altera, adrogatio. Adoptantur filij familias: adrogantur, qui sui iuris sunt.

2. Gaius libro primo Institutionum.

Generalis enim adoptio duobus modis fit: aut principis auctoritate, aut magistratus imperio. Principis auctoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt, quae species adoptionis dicitur adrogatio: quia & is, qui adoptat, rogatur, id est interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus sit, iustum sibi filium esse: & is, qui adoptatur, rogatur, an id fieri pariat. Imperio magistratus adoptamus eos, qui in potestate parentis sunt: siue primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia: siue inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis.

3. Illud vtriusque adoptionis commune est: quod & hi, qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt. 2. Hoc vero proprium est eius adoptionis, quae per principem fit: quod is, qui liberos in potestate habet, si & adrogandum dederit: non solum ipse potestati adrogatoris subleatur, sed & liberi eius in eiusdem sunt potestate, tanquam nepotes.

4. Paulus libro quarto ad Sabinum.

Si consul, vel praeses, filius familias sit: posse eum apud semetipsum vel emancipari, vel in adoptionem dari constat.

5. Modestinus libro secundo Regularum.

Magistratum, apud quem legis actio est, & emancipare filios suos, & in adoptionem dare apud se posse, Neratij sententia est.

6. Celsus libro vicensimo octavo Digestorum.

In adoptionibus, eorum dumtaxat, qui suae potestatis sunt, voluntas exploratur. sin autem a patre dantur in adoptionem: in his vtriusque arbitrium spectandum est vel consentiendo, vel non contradicendo.

7. Paulus libro trigensimo quinto ad Edictum.

Um nepos adoptatur, quasi ex filio natus: consensus filij exigitur. Idque etiam Iulianus scribit.

8. Celsus libro trigensimo nono Digestorum.

Um adoptio sit, non est necessaria in eam rem auctoritas eorum, inter quos iura adgnationis consistunt.

9. Modestinus libro secundo Regularum.

Uolo, ne curatoris auctoritas intercederet in adrogatione, ante tenuerat, sub Diuo Claudio recte mutatum est.

10. Ulpianus libro primo ad Sabinum.

Etiam cecus adoptare, vel adoptari potest.

11. Paulus libro secundo ad Sabinum.

Si quis nepotem, quasi ex filio natum, quem in potestate habet, consentiente filio adoptauerit: non adgnascitur aucto suus haeres: quippe cum post mortem auctoris in patris sui recidit potestatem.

12. Idem libro quarto ad Sabinum.

Si is, qui filium haberet, in nepotis locum adoptasset, perinde atque si ex eo filio natus esset: & is filius auctor potestatis non esset: mortuo aucto, non esse nepotem in potestate filij.

13. Ulpianus libro quarto decimo ad Sabinum.

Si liberatus est patria potestate, is postea in potestatem honeste reuerti non potest, nisi adrogatione.

14. Papinianus libro 36. Quaestionum.

In omni fere iure finita patris adoptiui potestatis nullum ex pristino retinetur vestigium. denique & patria dignitas quaesita per adoptionem, finita ea, deponitur.

15. Pomponius libro quinto ad Sabinum.

Ed etiam nepos ex filio apud adoptatum patrem conceptus & natus per emancipationem iura omnia perdit.

16. Ulpianus libro vicensimo sexto ad Sabinum.

Si pater familias adoptatus sit: omnia, quae eius fuerunt, & acquiri possunt, tacito iure ad eum transeunt, qui adoptauit, hoc amplius, liberi eius, qui in potestate sunt, eum sequuntur. sed & hi, qui postliminio redeunt, vel qui in vtero fuerunt: cum adrogaretur, simili modo in potestatem adrogatoris rediguntur. 1. Qui duos filios, & ex altero eorum nepotem habet, si vult nepotem quasi ex altero natum sic adoptare: potest hoc efficere, si eum emancipauerit, & sic adoptauerit quasi ex altero natum. facit enim hoc quasi quilibet, non quasi auus. & qua ratione quasi ex quolibet natum potest adoptare, ita potest & quasi ex altero filio. 2. In adrogationibus cognitio vertitur, non forte minor sexaginta annis sit, qui adrogat: quis magis liberorum creationi studere debeat: nisi forte morbus, aut valendo in causa sit, aut alia iusta causa adrogandi: veluti si coniungam sibi personam velit adoptare.

3. Item non debet quis plures adrogare, nisi ex iusta causa. Sed nec libertum alienum, nec maiorem minor.

17. Paulus libro sexto ex Celsio.

Adoptio enim in his personis locum habet, si a quibus etiam natura potest habere.

18. Ulpianus libro 26. ad Sabinum.

Nec ei permittitur adrogare, qui tutelam, vel curam alienius administravit: si minor viginti quinque annis sit, qui adrogatur: ne forte eum ideo adroget, ne rationes reddat. Item inquirendum est, ne forte turpis causa adrogandi subit. 1. Eorum dumtaxat pupillorum adrogatio permittenda est his, qui vel naturali cognatione, vel sanctissima affectione ducti adoptarent: ceterorum prohibenda, ne esset in potestate tutorum & finire tutelam, & substitutionem a parente factam extinguere. 2. Et primum quidem excutiendum erit, quae facultates, pupilli sint, & quae eius, qui adoptare eum velit: ut a se metur ex comparatione earum, an salubris adoptio possit pupillo intelligi. Deinde cuius vitz sit is, qui velit pupillum redigere in familiam suam. Tertio cuius idem vitz sit, & an melius

fit de liberis procreandis cogitare eum, quam ex aliena familia que nquam redigere in potestatem suam. 1. Praeterea videndum est, an non debeat permitti ei, qui vel unum habeat vel plures liberos, adoptare alium aut illorum, quos in his nuptiis procreaverit, demineatur spes, quam vnusquisque liberorum obsequio parat sibi: aut qui adoptatus sit, minus periciat, quam dignum erit eum consequi. 4. Interdum & diuore in permittitur adoptare pauperiori, si vitae eius soblicitas clara sit, vel affectio honesta nec incognita. 5. Satisfactio autem in his casibus dari solet.

18. Marcellus libro 26. Digestorum. Non aliter enim voluntati eius, qui adrogare pupillum voluit, si causam eius ab alia probabit, subscribendum erit, quam si cauerit seruo publico, & restitutum ea, quae ex bonis eius consecutus fuerit, ad quos res peruentura esset, si adrogatus permanisset in suo statu.

19. Ulpianus libro vicesimo sexto ad Sabinum.

His verbis satisfactio, quae ab adrogatore praestari debet, quae res pertinet, & libertatibus prospectum esse, quae secundis tabulis datur sunt, & multo magis substituto seruo, item legatilis, nemo dubitat. 1. Quae si diano si omnia fuerit, vitilis actio in adrogatorem datur.

20. Marcellus libro vicesimo sexto Digestorum.

Haec autem satisfactio locum habet, si impubes decem. 1. Sed & si de pupillo loquitur, tamen hoc & in pupilla obserbandum est.

21. Gaius libro singulari Regularum.

Nam & feminae ex rescripto principis adrogari possunt.

22. Ulpianus libro vicesimo sexto ad Sabinum.

Si adrogator decesserit impubere relicto si in adoptio, & mox impubes decesserit: an haeredes adrogatori teneantur? & dicendum est, haeredes quoque restitutos & bona adrogati, & praeterea quartam partem. 1. Sed, an impuberi adrogator substituere possit, quae ritur, & puto non admitti substitutionem, nisi forte ad quartam solam, quam ex bonis eius consequitur: & haec enim, et ei usque ad pubertatem substituat. Ceterum si fidei eius committat, ut quandoque restitua: non oportet admitti fideicommissum: quia hoc non iudicio eius ad eum peruenit, sed principali prouidentia. 2. Haec omnia dicenda sunt, siue in locum filij, siue in locum nepotis aliquis impubere adrogauerit.

23. Paulus libro trigesimo quinto ad Edictum.

Qui in adoptionem datur: his, quibus adgnascitur, & cognatus sit: quibus vero non adgnascitur, nec cognatus sit, adoptio enim, non ius sanguinis, sed ius adgnationis adfert. & ideo si filium adoptauerim, vxor mea illi matris loco non est: neque enim adgnascitur ei, propter quod nec cognata eius sit. Item nec mater in ea aut loco illi est: quoniam his, qui extra familiam meam sunt, non adgnascitur, sed filiae nec is, quem adoptauit, frater sit: quoniam in familia mea est filius: nuptiis tamen etiam eorum prohibitis.

24. Ulpianus libro primo Disputationum.

Neque absens, neque dissentiens adrogari potest.

25. Idem libro quinto Opinionum.

Post mortem filiae suae, quae, ut mater familias, qui si iure emancipata, vixerat, & testamento scriptus haeredibus decesserit, aduersus factum suum quasi non iure ea, nec praesentibus rebus, emancipasset, pater monere potest, quae si prohibetur. 1. Neque adoptare, neque adrogare quis absens, nec per alium eiusmodi sollemnitate peragere potest.

26. Iulianus libro septuagesimo Digestorum.

Quem filius meus emancipatus adoptauerit, & nepos meus non erit.

27. Idem libro adagensimo quinto Digestorum.

Ex adoptio natus, adoptiu locum optinet in iure civili.

28. Gaius libro primo Institutionum.

Libertatem arbitrium est ei, qui filium, & ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem potestate demittere, nepotem vero in potestate retinere: vel ex diuerso, filium quidem in potestate retinere, nepotem vero manumittere: vel omnes sui iuris effecere. eadem & de pronepote dicta esse intellegimus.

29. Callistratus libro secundo Institutionum.

Si pater naturalis loqui quidem non possit, alio nomen modo, quod in sermone, manifestum facere possit, velle se filium suum in adoptionem dare: perinde confirmatur adoptio, ac si iure facta esset.

30. Paulus libro primo Regularum.

Et qui vxores non habent, filios adoptare possunt.

31. Marcellus libro quinto Regularum.

Non potest filius, qui est in potestate patris, illo modo compelli, ut ne sit in potestate sua naturalis, siue adoptiuus.

32. Papianus libro trigesimo primo Quaestionum.

Nonnunquam autem impubes, qui adoptatus est, audiendus erit, si pubes factus emancipari desideret, idque causa cognita per iudicem statendum erit. 1. Imperator Titus Antoninus rescriptis, priuigium suum tutori adoptare permittendum.

33. Marcellus libro quinto Regularum.

Et si pubes factus non expedire sibi in potestatem eius redigi probauerit, sequitur esse emancipari eum a patre adoptiuo: atque in pristinum ius recipere.

34. Paulus libro undecimo Quaestionum.

Valitum est, si tibi filius in adoptionem hae legi sit datus, ut post triennium (puta eundem mihi in adoptionem des, an actio illa sit. & Labeo putat nullam esse actionem, nec enim moribus nostris conuenit filium temporalem habere.

35. Idem libro primo Responsorum.

Per adoptionem dignitas non minuitur, sed augetur. vnde senator, & si a plebeio adoptatus est, manet senator. Similiter manet & senatoris filius.

36. Idem libro octauodecimo Responsorum.

Emancipari filium a patre quocunque loco possit constat, ut exeat de patria potestate. 1. Apud proconsulem etiam in ea prouincia, quam sortitus non est, & manumitti, & in adoptionem dari potest placet.

37. Idem libro secundo Sententiarum.

Adoptare quis nepotis loco potest, etiam si filium non habet. 1. Eum, quem quis adoptauit, emancipatum, vel in adoptionem datum, iterum non potest adoptare.

38. Marcellus libro vicesimo sexto Digestorum.

Adoptio non iure facta, a principe confirmari potest.

39. Ulpianus libro tertio de officio Consulis.

Nam & ita Diuus Marcus Eutuchiano rescriptis: Quod desideras, an impetrare debeas: estimabit iudices, adhibitis etiam his, qui contradicent: id est, qui laederent confirmatione adoptionis.

40. Modestinus libro primo Differentiarum.

Adrogatio patrefamilias, liberi, qui in eius aetate potestate, nepotes apud adrogatorem efficiuntur: similique cum suo patre in eius recedunt.

cidant potestatem, quod non similiter in adoptionem contingit: nam nepotes ex eo in aui naturalis reuocantur potestate. 1. Non tantum cum quis adoptat, sed & cum adrogat, maior esse debet eo, quem sibi per adrogationem, vel per adoptionem sibi facit, & vnique plene pubertatis, id est decem & octo annis, eum praecedere debet. 2. Spado adrogando, suum heredem sibi adificere potest: nec ei corporale vitium impedimento est.

41. Idem libro secundo Regularum.

Si pater filium, ex quo nepos illi est in potestate, emancipauerit, & postea eum adoptauerit, mortuo eo, nepos in patris non reuertitur potestate. Nec is nepos in patris reuertitur potestatem, quem auius reuertitur filio datus in adoptionem, quem denuo readoptauit.

42. Idem libro primo Pandectarum.

Etiam infantem in adoptionem dare possunt.

43. Pomponius libro vicesimo ad Quintum Mactium.

Adoptiones non solum filiorum, sed & quasi nepotum suorum, ut aliquis nepos, noster esse videatur, pendente quasi ex filio, vel incerto natu: fit.

44. Proculus libro octauo Epistularum.

Si quis nepotem exilio habet, in nepotis loco aliquem adoptauit, non puto, mortuo aui, iura consanguinitatis inter nepotes suuta esse, sed si sic adoptatus, ut etiam iure legis nepos suus esset, quasi ex Lucio (puta) filio suo, & ex matrefamilia eius natus esset: contra puto.

45. Paulus libro tertio ad legem Iuliam & Papianam.

Onera eius, qui in adoptionem datus est, ad patrem adoptiuum transferuntur.

46. Ulpianus libro quarto ad legem Iuliam & Papianam.
Quotiens seruis iudicio sistendi causa, ut ipse litigaturus, vel ab alio stipulatur, vel ipse promittit: nec committitur stipulatio, nec fidei iussores tenentur, quia seruus conueniri, vel conuenire non potest.

14. Neratius libro 2. Membranarum.

Si procurator ita stipulatur est, ut sistat dumtaxat seum, quam stipulatur, non eam in poenam, si status non esse, stipulatur: pro modo nullius momenti est ea stipulatio, quia procuratoris, quod ad ipsius utilitatem pertinet, nihil interest sisti. Sed cum alienum negotium in stipulando egerit: potest defendi, non procuratoris, sed eius, cuius negotium gesserit, utilitatem in ea re spectandam esse: ut, quantum domini iuris interstitit sisti, tantum ex ea stipulatione, non stato reo, procuratori debeat. Eadem & fortius adhuc dici possunt, si procurator ita stipulatus esset, quantum ea res erit: ut hanc conceptionem verborum, non ad ipsius, sed ad domini utilitatem relaxam interpretemur.

15. Papinianus libro secundo Questionum.

Si tutor iudicio sibi promiserit, & stipulationi non sobtemperauerit, & interea pupillus adoleuerit, aut mortem obierit, aut etiam absentis sit hereditate: denegabitur ex stipulatu actio. nam & ipsius rei, quae petebatur, si tutor iudicatus fuerit, & eorum quid acciderit, non esse dandum in eum actionem iudicati probatum est.

DE FERIS ET DILATIONIBUS, & diversis temporibus, TIT. XII.

Ulpianus libro quarto de Omnibus Tribunalibus.

Ne quis mesium vindemiarumque tempore aduersarium cogat ad iudicium venire, oratione Dni Marci exprimitur, quia occupati circa rem rusticam, in forum compellendi non sunt.

1. Sed si praetor aut per ignorantiam, vel sortordiam euocare eos perseverauerit, hique sponte venerint, si quidem sententiam dixerit praesentibus illis, & sponte litigantibus, sententia valebit, tamen si non recte fecerit, qui eos euocauerit: si vero, cum abesse perseverauerint, sententiam protulerit etiam absentibus illis, consequens erit dicere, sententiam nullius esse momenti. neque enim praetoris factum iuri derogare oportet. Et circa appellationem igitur sententia infirmabitur. 2. Sed excipiuntur cerere causa, ex quibus cogi poterimus & per id temporis, cum menses, vindemiarumque sunt, ad praetores venire: scilicet si res tempore peritura sit, hoc est si dilatio actionem sit peremptura. Sanè quotiens res vrguet, cogendi quidem sumus ad praetorem venire: verum ad hoc tantum cogi quum est, ut lis contestetur, & ita ipse verbis orationis exprimitur. denique

3. Idem libro quinto ad Edictum. Adem oratione Dni Marci in senatu recitata, effectus, de aliis speciebus praetorem adiri etiam diebus feriatis: ut puta ut tutores, aut curatores detur, ut officii admonerentur, cessantes excusationes allegentur, alimenta constituantur, zetes probentur, ventris nomine in possessionem mittantur, vel rei seruandae causa, vel legatorum, fidei vel commissorum, vel damni infestissimi de testamentis exhibendis: curator detur bonorum eius: Qui an heres existatur sit incertum est: aut de alendis liberis, patribus, patronis: aut de adenda suspecta hereditate: ut aspectu atrox iniuria ximetur: vel fideicommissaria libertas praestanda.

10. Paulus libro quinto Sententiarum. In pecuniariis causis omnis dilatio singulis causis Iplis senel tribui non potest. in capitalibus autem reo tres dilationes, accusatori duz dari possunt. sed utraque causa cognita.

que alterutro recusante post litem contestatam litigare, dilationem oratio concessit.

2. Idem libro quinto ad Edictum.

Adem oratione Dni Marci in senatu recitata, effectus, de aliis speciebus praetorem adiri etiam diebus feriatis: ut puta ut tutores, aut curatores detur, ut officii admonerentur, cessantes excusationes allegentur, alimenta constituantur, zetes probentur, ventris nomine in possessionem mittantur, vel rei seruandae causa, vel legatorum, fidei vel commissorum, vel damni infestissimi de testamentis exhibendis: curator detur bonorum eius: Qui an heres existatur sit incertum est: aut de alendis liberis, patribus, patronis: aut de adenda suspecta hereditate: ut aspectu atrox iniuria ximetur: vel fideicommissaria libertas praestanda.

3. Idem libro secundo ad Edictum.

Solet etiam menses, vindemiarumque temporis Sius dici de rebus, quae tempore, vel morte periturae sunt. morte: veluti furti, damni iniuriae, iniuriarum atrocium, qui de incendio, ruina, naufragio, ratone, nauis expugnata rapuisse dicuntur, & si quae similes sunt. Item si res tempore periturae sunt, aut actionis dies exiturus sit. 1. Liberalia quoque iudicia omni tempore finiuntur. 2. Item in eum, qui quid non dicitur nomine aduersus communem utilitatem accepit, omni tempore ius dicitur.

4. Paulus libro primo ad Edictum.

Præfides prouinciarum, ex consuetudine cuiusque loci, solent menses, vindemiarumque causa tempus statuere.

5. Ulpianus libro 62. ad Edictum.

Ridie Kalendas Ianuarias magistratus neque iudicare, sed nec sui potestate facere consueverunt.

6. Idem libro 77. ad Edictum.

Si feriatis diebus fuerit iudicium: lege cautum est, ne his diebus iudicium sit, nisi ex voluntate partium: & quod aliter aduersus ea iudicium erit, ne quis iudicium facere, neve solvere debeat: neve quis, ad quem de ea re in ius aditum erit, iudicium facere cogat.

7. Idem libro primo de Officio Consul.

Oratione quidem Dni Marci amplius, quam semel, non esse dandum instrumentorum dilationem, expressum est. sed utilitatis litigantium gratia, causa cognita, & iterum dilatio tam ex eadem, quam ex alia prouincia, secundum moderamen locorum imperari solet: & maxime si aliquid inopinatum emerget. Illud videndum, si de finibus accepit aliquam dilationem propter instrumenta, an successori quoque eius dari debeat: an vero, quia iam data est, amplius dari non possit. & magis est, ut & hic, causa cognita, dari debeat.

8. Paulus libro tertio decimo ad Sabinum.

MORE Romano dies à media nocte incipit, & ferientis noctis media parte finitur: itaque quid quid in his viginti quatuor horis (id est duabus dimidiatis noctibus, & luce media) actum est, parinde est quasi quavis hora lucis actum esset.

9. Ulpianus libro septimo de Officio Proconsulis.

Dius Traianus Minicio Natali rescriptis, ferias à forensibus tantum negotiis dare vacationem: ea autem, quae ad disciplinam militarem pertinent, etiam feriatis diebus peragenda: inter quae custodiae quoque cognitionem esse.

10. Paulus libro quinto Sententiarum.

In pecuniariis causis omnis dilatio singulis causis Iplis senel tribui non potest. in capitalibus autem reo tres dilationes, accusatori duz dari possunt. sed utraque causa cognita.

DE EDENDO,

TIT. XIII.

Ulpianus libro quarto ad Edictum.

Qua quisque actione agere volet, eam edere debet. nam acquisitum videtur, eum, qui actus est, edere actionem, ut proinde sciat reus, verum edere, an contendere ultra debeat: & si contendendum putat, veniat instructus ad agendum, cognita actione, quae conuenitur. 1. Edere est etiam, copiam describendi facere, vel in libello complecti, & dare, vel dicere, eum quoque edere Labeo ait, qui producat aduersarium suum ad album, & demonstrat, quod dicitur esse, vel id dicendo, quo vi rellit. 2. Ediciones sine die, & consule fieri debent: ne quid excogitentur à die, & consule, & praetore die fiat. Diem autem, & consulem excepti praetor, quo instrumentum conceptum est, non in quem solutionem concepta est, nisi dies solutionis, sicuti summa, pars est stipulationis. Rationes tamen cum die, & consule edere debent, quoniam accepta, & data non aliter possunt apparere, nisi dies, & consul fuerit edidit. 3. Edenda sunt omnia, quae quis apud iudicem edidit, non tamen ut & instrumenta, quibus quis usus non est, conuolantur edere. 4. Edere non videtur, qui stipulationem totam non edit. 5. Eis, qui ob ztatem, vel rusticitatem, vel ob sexum lapsi non ediderant, vel ex alia iusta causa, subuenitur.

2. Paulus libro tertio ad Edictum.

Si legatum petatur, non iubet praetor verba testamenti edere: idcirco fortasse, quia heredes solent habere exemplum testamenti.

3. Marcianus libro secundo de Pœnis.

Senatus censuit, ne quisquam eorum, à quibus Siquid hieo petatur, alia instrumenta delatori cogatur edere, quum quae ad eam causam pertinerent, ex qua se deserere professus esset.

4. Ulpianus libro quarto ad Edictum.

Praetor autem argentario mense executoris rationem, quae ad se pertinet, edat: ad idcirco die, & consule.

1. Huius edicti ratio acquisita est. nam cum singulorum rationes argentarii conseruiant: aequum fuit, id, quod mei causa conseruit, meum quodammodo instrumentum mihi esse. 2. Sed & filiusfamilias continetur his verbis, ut vel ipse cogatur edere, an & pater, quæritur. Labeo scribit parum non cogendum, nisi sciente eo argentaria exerceatur. sed recte Sabinus respondit: tunc id admittendum, cum patri quæstum refert. 3. Sed si seruus argentariam faciat: (potest enim) si quidem voluntate domini fecerit, compellendum dominum edere, ac perinde in eum dandum est iudicium, ac si ipse fecisset: sed si iudicio domino fecit, satis esse dominum iurare, eas se rationes non habere. Si seruus peculiarem faciat argentariam: dominus de peculio, vel de in rem verso tenetur. sed si dominus habet rationes, nec edit: in solidum tenetur. 4. Etiam si, qui desit argentariam facere, ad editionem compellitur.

5. Sed ubi quis compellitur edere, ubi argentariam exercet, & hoc est constitutum, quod si instrumentum argentarii in alia prouincia habeat, in alia administraverit: ubi puto cogendum edere, ubi argentariam exercet. hoc enim primum deliquit, quod alio instrumentum transfudit. quod si in alio loco argentariam exercet, alibi autem ad editionem compellitur: minime hoc facere cogitur, nisi descriptum vel: ubi de ea re agitur, cum tibi dare, cupis videlicet scriptum sit.

5. Paulus libro tertio ad Edictum.

Patiumque ad perferendas eas tribuendum scilicet.

6. Ulpianus libro quarto ad Edictum.

Si quis ex argentiariis (ut plerique eorum) in villa habeat instrumentum, vel in horreo: aut ad locum te perduceret, aut descriptas rationes dabit.

1. Cogentur & successores argentarii edere rationes. Quod si plures sunt heredes, & vnus habeat solus ad editionem compellitur. sed si omnes habeant, & vnus ediderit, omnes ad editionem compellendi sunt. quid enim, si humilis & deploratus vnus edidit, ut dubitare quis merito de fide editionis possit: ut igitur comparari rationes possint, etiam cetera edere debent, aut certe vnus editioni subscribere. Hoc idem erit, & si plures fuerint argentarii, à quibus editio desideratur. Nam & si plures tutores tutelam administrauerunt simul, aut omnes edere debent, aut vnus editioni subscribere. 2. Exigitur autem ab aduersario argentarii iusturandum, non calumniae causa postulare edi sibi: ne forte vel superuacuas rationes, vel quas habet, edi sibi postulet vexandi argentarii causa. 3. Rationem autem esse Labeo ait, vltro citro dandi, accipiendi, credendi, obligandi, soluendi sui causa negotiationem, nec vllam rationem nuda dumtaxat solutione debiti incipere. nec si pignus accepit, aut mandatum esse. Sed & quod solui constituit, argentarius edere debet: nam & hoc ex argentaria venit. 4. Ex hoc edicto in id, quod interstitit, actio competit. 5. Vnde apparet, ita demum tenere hoc edictum, si ad eum pertineat. Pertinere autem videtur ad me ratio, si modo eam tractaueris, me mandante. sed si procurator meus absente me mandauerit, an mihi edenda sit, quasi ad me pertineat? & magis est, ut edatur. Procuratori quoque meo edendam rationem, quam mecum habet, non dubito, quasi ad eum pertineat: & canturum de rato, si mandatum ei non sit. 6. Si initium tabularum habet diem, in quibus Titij ratio scripta est, postmodum mea sine die, & consule: etiam mihi edendus est dies, & consul. communis enim omnis rationis est praepositio diei, & consulis. 7. Edictum autem est, vel dicere, vel tradere libellum, vel codicem proferre. 8. Praetor autem argentario, edere, qui iterum edi postulat, causa cognita edi iubet.

9. Prohibet argentario edi illa ratione, quod etiam ipse instructus esse potest instrumentum suae professionis: & absurdum est, cum ipse in ea sit causa, ut edere debeat, ipsum petere, ut edatur ei. An nec heredi argentarii edi ratio debeat, videndum. & si quidem instrumentum argentariae ad eum peruenit, non debet ei edi: si minus, edenda est ex causa. nam & ipsi argentario ex causa ratio edenda est: si naufragio, vel ruina, vel incendio, vel alio simili casu rationes perdidisset: prohet, aut in longinquo habere, veluti trans mare. 10. Nec iterum postulant edi praetor iubet, nisi ex causa.

7. Paulus libro tertio ad Edictum.

Veluti si peregre habere, quod primum editum est, doceat: vel minus plene editum: vel eas rationes, quas casu amiserit, cui ignosci debeat, ex diderit. nam si eo casu amiserit, cui ignosci debeat, ex integro edi iubebit. 1. Hæc vox iterum quas res significat, alteram, qua demonstratur tempus secundum, quod Graeci dicitur tempus dicunt: iteram, quae ad insequen tia quoque tempora pertinet, quae Graece dicitur iterum, quod ita accipitur, quotiens opus erit. nam potest fieri, ut bis eandem sibi rationem quis perdidit: ut verbum iterum pro sepius accipitur.

2. Ulpianus libro quarto ad Edictum.

Ubi exigitur argentarius rationes edere, tunc punitur, cum dolo malo non exhibet, sed culpam non praestabit, nisi dolo proximum. Dolo malo autem non edit, & qui malitiose edidit, & qui in totum non edit. 1. Is autem qui in

respuenda. 19. Hodie tamen ita demum pactio huiusmodi creditoribus obest, si conuenerint in vnum, & communi consensu declarauerint, quia parte debiti contenti sunt. si vero dissentiant, tunc praeoris partes necessitate sunt, qui decreto suo sequetur maioris partis voluntatem.

8. Papius libro decimo Responsorum.

Maiorem esse partem, pro modo debiti, non pro numero personarum, placuit. quod si aequales sint in numero debiti, una plurium numerus creditorum praefertendus est. in numero autem pari creditorum, auctoritatem eius sequitur praetor, qui dignitate inter eos praecellit. si autem omnia vindique in vnam aequalitatem concurrat, huiusmodi sententia a praetore eligenda est. hoc enim ex Diui Marci rescripto colligi potest.

9. Paulus libro sexagesimo secundo ad Edictum.

Si plures sint, qui eandem actionem habent, vnius loco habentur. vtpote plures sunt rei stipulandi, vel plures argentarij, quorum nomina simul facta sunt: vnius loco numerantur, quia vnum debitum est. Et cum tutores pupilli creditoribus praesentent, vnius loco numerantur, quia vnius pupilli nomine conuenerunt. Necnon & vnius tutor pluri pupillorum nomine vnum debitum praetendunt, si conuenerint, placuit vnius loco esse. nam difficile est, ut vnius homo duorum vicem sustineat. nam nec is, qui plures actiones habet aduersus eum, qui vnam actionem habet, plurium personarum loco accipitur. 1. Cumulatio debiti & ad plures summas referemus: si forte minuz summa aut eorum quinquaginta. nam in hunc casum spectabimus summas plures: quia illae excedunt in vnam summam coadunatae. 2. Summae autem, applicare debemus etiam vsuras.

10. Ulpianus libro quarto ad Edictum.

Rescriptum autem Diui Marci sic loquitur, quasi omnes creditores debeant conuenire, quid ergo si quidam absentes sint? num exemplum praesentium absentes sequi debeant. Sed an & privilegij absentes hae pactio nocet, eleganter tractatur, si modo valet pactio & contra absentes. Et repeto, ante formam a Diuo Marco datam Diuum Pium rescriptum, si cum quoque in his casibus, in quibus hypothecae non habet, & ceteros privilegij exempli creditorum sequi oportere. hae enim omnia in his creditoribus, qui hypothecae non habent, conferenda sunt. 1. Si pacto subiecta sit pecunia stipulatio: quaeritur, vtrum pacti exceptio locum habeat, an ex stipulatio actio. Sabinus putat, quod est verius, vtraque via vi posse, prout elegerit, qui stipulatus est. si tamen ex causa pacti exceptione utatur, quantum erit, accepto cum stipulationem ferre. 2. Plerumque solemus dicere, doli exceptione subsidium esse pacti exceptionis. quosdam denique, qui exceptione pacti vi non possunt, doli exceptione vsuros & Iulianus scribit, & alij plerique consentiunt. vtpote si procurator meus paciscatur, exceptio doli mihi proderit, ut Trebatius videtur: qui putat, sicuti pactum procuratoris mihi nocet, ita & prodest.

11. Paulus libro tertio ad Edictum.

Via & solui ei potest. 12. Ulpianus libro quarto ad Edictum.

Nam & nocere constat: siue ei mandauit, ut paciscatur, siue omnium rerum mearum procurator fuit: & Puteolani libro primo adfessorium scribit, cum placuit, eum etiam rem in iudicio de dolo.

13. Paulus libro tertio ad Edictum.

Ed si tantum ad actionem procurator factus sit, conuentio facta domino non nocet: quia nec solui potest. 1. Sed si in rem suam datus sit procurator, loco domini habetur. & ideo seruandum est pactum conuentum.

14. Ulpianus libro quarto ad Edictum.

Item magistri societatum pactum & prodest, & obesse constat.

15. Paulus libro tertio ad Edictum.

Tutoris quoque (ut scribit Iulianus) pactum pupillo prodest.

16. Ulpianus libro quarto ad Edictum.

Si cum emptore hereditas pactum sit factum, & venditor hereditatis petat, doli exceptio nocet, nam ex quo rescriptum est a Diuo Pio, viles actiones emptori hereditatis dandas merito aduersus venditorem hereditatis exceptione doli debitor hereditarius vi potest. 1. Sed & si inter dominum rei venditae, & emptorem conuenerit, ut homo, qui emptus erat, redderetur ei, qui pro domino rem vendidit: petenti ei pretium, doli exceptio nocet.

17. Paulus libro tertio ad Edictum.

Si tibi decem dem: & paciscar, ut viginti mihi debeatur: non nascitur obligatio vltra decem. ten enim non potest obligatio contrahi, nisi quantum datum sit. 1. Quaedam actiones per pactum ipso iure tolluntur: ut iniuriarum, item furti.

2. De pigore iure honoraria nascitur pactio: quae tollitur autem per exceptionem, quotiens paciscor ne petam. 3. Si quis paciscatur, ne a se petatur, sed ab herede petatur: heredi exceptio non proderit. 4. Si pactus sim, ne a me, neve a Titio petatur: non proderit Titio, etiam si heres extiterit: quia ex post facto id confirmari non potest. hoc Iulianus scribit in patre, qui pactus erat, ne a se, neve a filia peteretur: cum filia patri heres extitisset.

5. Pactum conuentum cum venditore factum, si in rem constituitur, secundum plurium sententiam, & emptori prodest, & hoc iure nos vi Pomponius scribit: secundum Sabinum autem sententiam, etiam si in personam conceptum est, & in emptorem valet. Qui hoc esse existimat, & si per donationem successio facta sit. 6. Cum possessor alienae hereditatis pactus est: heredi, si euicerit, neque nocere, neque nocere, neque prodest, plerique putant.

7. Filius, seruus, si paciscatur, ne a patre, dominove petatur.

18. Gaius libro primo ad Edictum Prouinciale.

Siue de eo paciscatur, quod cum ipsis: siue de eo, quod cum Patre, dominove contractum est.

19. Paulus libro tertio ad Edictum.

Acquirent exceptionem. Idem est & in his, qui bona fide seruiunt. 1. Item si filius familias pactus fuerit, ne a se petatur: proderit ei: & patri quoque, si de peculio conueniatur.

20. Gaius libro primo ad Edictum Prouinciale.

Vel de in rem verso: vel si quasi defensor filij, si hoc maluerit, conueniatur.

21. Paulus libro tertio ad Edictum.

Et heredi patris vno filio: post mortem vero filij, nec patri, nec heredi eius: quia personale pactum est. 1. Quod si seruus, ne a se peteretur pactus fuerit: nihil valebit pactum de doli exceptione videamus. Et si in rem paciscatur, proderit domino, & heredi eius: pacti conuenti exceptio. quod si in personam pactum conceptum est, tunc domino doli superest exceptio. 2. Nos autem his, qui in nostra potestate sunt, paciscendo prodest non possumus: sed nobis id profuturum: si nomine eorum conueniatur, proculus ait, quod ita recte dicitur.

si in paciscendo id adum sit, etiam si paciscar, ne a Titio petas, deinde actionem aduersus me nominis eius instituas: non est danda pacti conuenti exceptio. nam quod ipse inuile est, nec defensori competit. Iulianus quoque scribit: Si pater pactus sit, ne a se, neve a filio petatur: magis est, ut pacti exceptio filiofamilias danda non sit, sed doli prodest.

3. Filiafamilias pacisci potest, ne de dote agat, cum sui iuris esse coeperit. 4. Item filiusfamilias de eo, quod sub conditione legatum est, recte paciscatur. 5. In his, qui eandem pecuniam exactionem habent in solidum, vel qui eiusdem pecuniae debitores sunt: quotiens alij quoque profuit, vel nocet pacti exceptio, quoque iur. & in rem pacta omnibus profunt, quorum obligationem dissolutam esse eum, qui paciscatur, interit. itaque debitoris conuentio fideiussoribus prohibet.

22. Ulpianus libro quarto ad Edictum.

Nisi hoc adum est, ut duntaxat a reo non petatur, a fideiussore petatur: tunc enim fideiussor exceptione non vitatur.

23. Paulus libro tertio ad Edictum.

Fideiussoris autem conuentio nihil proderit reo: quia nihil eius interest, a debitore pecuniam non peti: immo nec fideiussoribus proderit, neque enim, quo quomodo cuiusque interest, cum alio conuentio facta prodest: sed tunc deum, cum per eum, cui exceptio datur, principaliter ei, qui pactus est, proficit: sicut in reo promittendi, & his, qui pro eo obligati sunt.

24. Idem libro tertio ad Plautium.

Si si fideiussor in rem suam spondit: hoc casu fideiussor pro reo accipiendus est: & pactum cum eo factum, cum reo factum esse videtur.

25. Idem libro tertio ad Edictum.

Item in duobus reis promittendi, & duobus argentariis sociis. 1. Personale pactum ad alium non pertinet, quemadmodum nec ad heredem, Libo ait. 2. Sed quamuis fideiussoris pactum reo conprofit: plerumque tamen doli exceptionem reo profuturam Iulianus scribit.

26. Ulpianus libro quarto ad Edictum.

Videlicet si hoc adum sit, ne a reo quoque petatur. Idem & in co-fideiussoribus est.

27. Paulus libro tertio ad Edictum.

Si vni ex argentariis sociis cum debitore pactus sit: an etiam alteri nocet exceptio? Neratius, Attianus, Proculus, nec si in rem pactus sit, alteri nocere, tantum enim constitutum, ut solidum alter petere possit, Idem Libo. nam nec nouare alium potest, quamuis ei recte soluat. sic enim & his, qui in nostra potestate sunt, recte solui, quod crediderint, licet nouare non possint, quod est verum. Idemque in duobus res stipulandi dicendum est. 1. Si cum reo ad certum tempus pactio facta sit: vltra neque reo, neque fideiussori prodest. Quod si sine persona sua reus pepigerit, ne a fideiussore petatur: nihil id prodeste fideiussori quidam putant, quamquam id rei interest: quia ea demum competere ei debeat exceptio, quae & reo. ego didici prodeste fideiussori exceptionem, non sic enim illi per liberam personam adquiri, quam ipsi, qui pactus sit, consuli videtur, quo iure vitatur. 2. Pactus, ne peteret, postea conuenit, ut peteret, prius pactum per posterius est leuatum: non quidem ipso iure, sicut tollitur stipulatio per stipulationem, si hoc adum est: quia in si-

pulationibus ius continetur, in pactis factum veritatur. & ideo replicatio exceptio est. Eadem ratione contingit, ne fideiussoribus prius pactum proficit. Sed si pactum conuentum tale fuit, quod actionem quoque tollet, vel iniuriarum non poterit postea paciscere, ut agere possit, agere, quia & prima actio sublata est, & posterius pactum ad actionem parandam inefficax est. non enim ex pacto iniuriarum actio nascitur: sed ex contumelia. Idem dicemus & in bonae fidei contractibus, si pactum conuentum totam obligationem sustulerit, veluti empti, non enim ex nouo pacto prior obligatio resuscitatur, sed proficit pactum ad nouum contractum. Quod si non ut totum contractum tollet, pactum conuentum intercessit, sed ut imminueret: posterius pactum potest renouare prius contractum. Quod & in specie dotis actionis procedere potest, puta pactum mulierem, ut praesenti die dos redderetur, deinde pacisci, ut tempore ei legibus dato dos reddatur, incipiet dos reddere ad ius suum, nec dicendum est deteriorem conditionem dotis fieri per pactum. quotiens enim ad ius, quod lex natura eius tribuit, de dote actio redit: non sit causa dotis deterior, sed forma suae redditur, hae & Scauolus nostro placuerunt. 3. Illud nulla pacitione effici potest, ne dolo paciscatur, quamuis si quis paciscatur, ne de dolo agatur, ut ipsa id pactus videatur, ne de dolo agatur: quod pactum proderit. 4. Pacta, quae turpem causam continent, non sunt obseruanda: veluti si paciscar, ne furti agam, vel iniuriarum, si feceris expedit enim timere furti, vel iniuriarum poenam, sed post admissa hae pacisci possumus. Item ne experiar interdico unde vi, quatenus publicam causam contingit, pacisci non possumus. & in summa si pactum conuentum a re priuata remouum sit, non est seruandum, ante omnia enim animaduertendum est, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia persona in alia re, aliave persona nocet.

5. Si, cum decem mihi deberes, pepigero, ne a te viginti petam, in decem prodest tibi pacti conuenti vel doli exceptionem placet. Item si cum viginti deberes, pepigero, ne decem petam: efficeretur per exceptionem mihi opponendam, ut tantum reliqua decem exigere debeam. 6. Sed si stipulatus decem aut Stichum, de decem pactus sim, & petam Stichum aut decem: exceptionem pacti conuenti in totum obturam, nam ut solutione, & petitione, & acceptilatione vnius rei tota obligatio solueretur: ita pacto quoque conuenio de vna re non petenda interposito totam obligationem summoneri. Sed si id adum inter nos sit, ne decem mihi, sed Stichum praeter, possum efficiter de Stichio agere, nulla exceptione opponenda, idem est, & si de Stichio non petendo conuenierit. 7. Sed si generaliter mihi hominem debeas, & paciscar, ne Stichum petam: Stichum quidem petendo, pacti exceptio mihi opponitur: alium autem hominem si petam, recte agam. 8. Item si pactus, ne hereditatem peterem: singulas res, vel heres petam: ex eo, quod pactum erit, pacti conuenti exceptio aptanda erit, quemadmodum si conuenierit, ne fundum peterem: & vsufructum petam: aut ne nauem, & edificium veterem, & dissolutis his, singulas res petam. nisi specialiter aliud adum est. 9. Si acceptilatio iniustis sit: tacita pacitione id adum videtur, ne peteretur. 10. Seruus heredi post adituro nominatim pacisci non potest, quia nondum is dominus sit. sed si in rem pactum conuentum factum sit, heredi adquiri potest.

28. Gaius libro primo ad Edictum Prouinciale.

Contra iuris ciuilibus regulas pacta conuicia rara non habentur: veluti si pupillus sine tutoris auctoritate pactus sit, ne a debitore suo peteret, aut ne intra certum tempus, veluti quinquenni peteret. nam nec solus ei sine tutoris auctoritate potest. Ex diuerso autem si pupillus paciscatur, ne quod debeat, a se peteret:

quoque conventionem admittit. nec quicquam inereff, vtrum integris omnibus, in quz obligati essemus, conueniret, vt ab eo negotio discederetur: zn in integrum restitutus his, quz ego tibi prestitiffem, consentiremus, ne quid tu mihi eo nomine prestares. Illud plane conuentione, quz pertinet ad resoluendum id, quod actum est, perfici non potest, vt in, quod iam ego tibi prestiffi, contra prestare mihi cogaris, quia eo modo non tam hoc agitur, vt a pristino negotio discedamus, quam vt nouz quzdam obligationes inter nos constituantur.

59. Paulus libro tertio Regularum.

Per eosdem etiam pacis conuentis meliorem conditionem nostram nostram fieri posse placet.

60. Papirius Iustus libro octauo Constitutionum.

Imperator Antoninus Audio Casio rescripsit; si legatores parati sint partem ex bonis, licet ab exerece, consequitrationem habendam prius necessarium personarum, si idonez sint.

61. Pomponius libro nono ad Sabinum.

Tempo pacificando efficere potest, ne sibi locum mortuum liceantur ne vicino inuito, pradium alienet.

62. Furius Sabinianus libro primo ad Edictum.

Si reus, postquam pactus sit a se non peti pecuniaz, fidei iudicium id pactum, fidei iudicium quoque prodesset, pactus sit, vt a se peti liceat: an vilitas prioris pacti sublata sit fidei iudicium, quz situm est. sed verius est, semel adhibitam fidei iudicium pacti exceptionem, vilitas ei inuito extorqueri non posse.

DE TRANSACTIONIBVS, TIT. XV.

Ulpianus libro quinquagesimo ad Edictum.

Qui transigit, quasi de re dubia, & lite incerta, neque finita transigit, qui vero pacificetur donationis causa, rem certam & indubitatam liberalitate remittit.

2. Idem libro 73. ad Edictum.

Transactum accipere quis potest, non solum si Aquiliana stipulatio fuerit subiecta, sed & si pactum conuentum fuerit factum.

3. Seneca libro primo Digestorum.

Imperatores Antoninus, & Verus, ita rescripserunt: In primis pacificationibus non dubium est non lxxi ius ceterorum, quare transactione, quz inter heredem, & matrem defuncti facta est, neque testamentum rescissum videri posse, neque manumissis, vel legatariis actiones sue adempte, quare quidquid ex testamento petunt, scriptum heredem conuenire debent: qui in transactione hereditatis aut cauit sibi pro oneribus hereditatis, aut, si non cauit, non debet negligetiam suam ad alienam iniuriam referre. 1. Cum transactio propter fideicommissum facta esset, & postea codicillis repertis sunt: quzro, an quanto minus ex transactione consecuta mater defuncti fuerit, quam pro parte sua est, id ex fideicommissi causa consequi debeat respondit debere. 2. Debitor, cuius pignus creditor distraxit, cum Mxio, qui se legitimum creditoris heredem esse iactabat, minimo transigit, postea, testam. d. prolato, Septicius heredem esse apparuit, quz situm est, si agat pignoratitia debitor cum Septicio, an is vti possit exceptione transactionis factz cum Mxio, qui heres eo tempore non fuerit: possitque Septicius pecuniam, quz Mxio, vt heredi, a debitore numerata est, conditione repetere, quasi sub pretextu hereditatis accepta, respondit legitimum ea, quz proponeretur, no posse:

quia neque cum eo ipse transigit, nec negotium Septicius Mxio gerens accipit.

4. Ulpianus libro quadragesimo sexto ad Sabinum.

Aquiliana stipulatio omnimodo omnes precedentes obligationes nouz, & peremit, ipsique peremitur per acceptationem, & hoc iure vtiuntur, id est, quz ena: legata sub conditione relicta in stipulationem Aquilianam deducuntur.

5. Papirius libro primo definitionum.

Vn Aquiliana stipulatio interponitur, quz ex consensu redditur, de quibus non est cogitatum, in suo statu retinentur. Liberalitatem enim captiofam interpretatio prudentium fregit.

6. Gaius libro septimo decimo ad Edictum provinciale.

De his controuersis, quz est testamenti proficiscuntur, neque transigit, neque exquiri vtiuntur aliter potest, quam inspectis, cognitisque libris testamenti.

7. Ulpianus libro septimo Disputationum.

Post rem iudicatam transactio valet, si velopellatio intercesserit, vel appellare poteris.

1. Si fidei iudicium conuentus, & condemnatus fuisse: mox reus transigisset cum eo, cui erat fidei iudicium condemnatus: transactio valet, quzritur, & puto valere: quasi omni causa & aduersus reum & aduersus fidei iudicium dissoluta, si tamen ipse fidei iudicium condemnatus transigit, transactione no peremit rem iudicatam: tamen eo, quod datum est, reuocari rem iudicatam oportet. 2. Vtque ad soa. rem, quod datum est, etiam si non proficit ad transactionem, extenuat tamen rem iudicatam; vt inde sit & dictum, & rescriptum circa alimentorum transactionem circa pratoris auctoritatem facta: mox, quod datum est, prononciat ad alimenta: ita vt, si quid amplius ex causa alimentorum deberi potest, id prestat: quod autem datum est, imputetur.

8. Idem libro quinto de Omnibus Tribunalibus.

Vn hi, quibus alimenta relicta erant, facile transigerent conuenti modico presentis: Diuus Marcus oratione in senatu recitata effecit, ne aliter alimentorum transactio rata esset, quam si auctore pratore facta. Solet igitur prator interuenire, & inter contentientes arbitrari, an transactio, vel quz admitti debeat. 1. Eiusdem pratoris notio ob transactionem erit: siue habitatio, siue vestiarum, siue de pradiis alimentum legabitur. 2. Hec oratio pertinet ad alimenta, quz testamento, vel codicillis fuerint relicta siue ad testamentum factis, siue ab intestato. Idem erit dicendum & si mortis causa donata fuerint relicta: vel ab eo, cui mortis causa donata sunt, relicta. Sed & si conditionis implende gratia relicta sunt: ad huc idem dicemus. Plane de alimentis, quz non mortis causa donata sunt, licebit & sine pratore auctore transigi. 3. Siue igitur in menses singulos, siue in dies, siue in annos fuerint relicta: oratio locum habet. Sed & si non fuerint perpetuo relicta, sed vsque ad annos certos, idem est.

4. Si integra quantitas alicui fuerit legata, vt ex vsuris eius se alat, & mortis tempore pecuniaz restituat: non cessabit oratio, licet non in annos singulos videatur id relictum. 5. Sed & si certa quantitas relicta Titio, vel re, ita vt inde alimenta Seio presententur: magis est, vt transigere Titius possit: nec enim transactione Titij minuuntur alimenta Seij. Idemque est, & si per fideicommissum alimenta ad hoc legatario fuerint relicta. 6. Etiam transactione oratio improbat, quz idcirco fit, vt quis representatam pecuniam consumat. Quid ergo, si quis circa pratoris auctoritatem transigerit, vt quod per singulos annos erat ei relictum, consequatur

reus per singulos menses: aut quid, si, quod per singulos menses ei relictum erat, consequeretur per singulos dies. Quod deinde, si quod consummato anno vt acciperet, in 10 anni consequatur? & puto eam transactionem valere: quia meliorem conditionem suam alimentarius tali transactione facit. Noluit enim oratio alimenta per transactionem intercepti. 7. Nihil autem iure est, vtrum liberum sint, quibus alimenta relicta sunt, ad ingenuitatis locupletiam, an minus.

8. Vult igitur oratio, apud pratorem de istis quzra: in primis de causa transactionis, & deinde de modo, tertio de persona transigentium.

9. In causa hoc erit requirendum, quz causa sit transigendi. sine causa enim neminem transigentem auliet prator. Cause serz huiusmodi solent allegari: si alibi domi ciliam heres, alibi alimentarius habeat: aut si testat. do meliorem transferre alter eorum: aut si causa aliqua vti eat presentis pecuniaz: aut si a pluribus ei alimenta relicta sint, & minutum singulos conuenire difficile ei sit: aut si qua alia causa fuit, vt plures solent credere, quz pratori suadeat transactionem admittere.

10. Modus quoque pecuniaz, quz in transactionem venit, xsumandus est: vt puta quantitas transactionis. nam etiam ex modo fidei transactionis xsumabitur. Modus autem pro xrate eius, qui transigit, arbitratus est, & vtilitudo. nam aliis cum puero, aliis cum iuuenis, aliis cum sene transigipalam est, constat enim alimentum cum vita finiri.

11. Sed & personarum contemplatio habenda est: hoc est, cuius vix sit hi, quibus alimenta relicta sunt: vtrum frugi vix sit hi, qui aliis sufficere sibi possint; an tegioris, qui de alimentis perdeant. In persona eius, a quo alimenta relicta sunt hzc erunt spicienda: in quibus sunt facultatibus, cuius propositis, cuius opinionis. tunc enim apparebit, nunquid circumuenire velit eum, cum quo transigit.

12. Qui transigit de alimentis, non videbitur neque de habitatione, neque de vestiaro transigisse: cum Diuus Marcus specialiter etiam de istis transigi voluerit.

13. Sed & si quis de alimentis transigerit, non habebit necesse etiam de habitatione, vel ceteris inuitis transigere. poterit igitur vel de omnibus simul, vel de quibusdam facere transactionem.

14. De calcario quoque arbitrio pratoris transigendum est. 15. Si vni pluribusve fundus ad alimenta fuerit relictus, vel inique eum distrahere: necesse est pratorem de distractione eius, & transactione arbitrari. Sed si pluribus fundus ad alimenta fuerit relictus, & hi inter se transigant: siue pratoris auctoritate facta transactio rata esse non debet. Idem est, & si ager fuerit in alimenta obligatus: nam nec pignus ad hoc datum, in consilio pratore, poterit liberari.

15. Arbitratu pratoris vel de vniuersis alimentis, vel de parte eorum transigi oportere plus quam manifestum est.

17. Si prator aditus, circa causz cogitationem, transigi permiserit, transactio nullius erit momenti. pratori enim ea res quzrenda commissa est, non neglegenda, nec donanda. Sed & si non de omnibus inquisierit, quz oratio mandat: hoc est de causa, de modo, de personis transigentium: dicendum est, quamuis de quibusdam quzsierit, transactionem esse irritam. 18. Sed nec mandare ex hac causa iurisdictionem vel przses prononciare, vel prator poterit. 19. Transactiones alimentorum etiam apud procuratorem Cesaris fieri possunt: scilicet si a hico petantur alimenta: secundum quz & apud praficos xrariz transigi poterit.

20. Si cum illis quidem esset de alimentis, transactum autem de lite fuisset: transactio valet: in consilio pratore non potest: ne circumstantur oratio. fingi enim licet: poterunt, vt transactio etiam circa pratoris, fiat auctoritatem.

21. Si eidem alimentis, & praterea legatum presentis die datum sit, & transactum fuerit: citra pratoris auctoritatem id, quod datum est, imputabitur prius in legatum, quod presentis die datum est: superfluum in alimentariam causam.

22. Si quis de alimentis transigerit sine pratoris auctoritate: id quod datum est, in praterita alimenta ceder. ac interest, tantum in quantitate sic debita, quantum datum est, an minus, an plus, nam, & si minus sit, adhuc tamen id, quod in solutum datum est, in praterita alimenta imputabitur. Sanz si is, quz de alimentis transigit, locupletior factus sit ea solutione: in id, quod factus sit locupletior, xquisimam erit in eum dari repetitionem. nec enim debet ex alieno damno esse locuples. 23. Si in annos singulos certa quantitas alicui fuerit relicta homini honestioris loci; veluti salarium annuum, vel vtilis fructus: transactio & sine pratore fieri poterit. Ceterum si vtilis fructus modicus alimentorum vice sit relictus: dico transactionem circa pratorem factam nullius esse momenti. 24. Si cui non numerus ad alimenta, sed frumentum, atque oleum, & cetera, quz ad victum necessaria sunt, fuerint relicta: non poterit de his transigere; siue annua, siue mensura ei relinquatur. Si tamen ita sine pratore transigerit, vt in vicem eorum numerum quotannis, vel quot mensibus acciperet; & neque diem, neque modum permutauit, sed tantum genus; vel ex contrario si pactus fuerit, vt in generibus alimenta acciperet, quz in numeris ei relicta fuissent: vel si vinum pro oleo, vel oleum pro vino, vel quid aliud commutauit: vel locum permutauit, vt quz erant ei Romz alimenta relicta, in municipio, vel in provincia acciperet, vel contra: vel personam commutauit, vt quod a pluribus erat accepturus, ab vno acciperet: vel alium pro alio debitorem acciperet: licet omnia habent disceptionem pratoris, & pro vilitate alimentarij recipienda sunt. 25. Si ad habitationem certa quantitas sit annua relicta; & ita sit transactio: quia fructus habitationis prastatur, licet ruzina, vel incendio subiecta transactio est. Per contrarium quoque, si pro habitatione, quz erat relicta, placuerit certam quantitatem prastari: transactio rata est & citra pratorem.

9. Idem libro primo Opinionum.

Qui cum tutoribus suis de sola portione administratz tutelz suz egerat & transigerat; aduersus eosdem tutores ex persona fratris sui, cui heres extiterat, agens, prescriptione factz transactionis non sum mouentur. 1. Transactio quz quzque sit, de his tantum, de quibus inter conuenientes placuit, interposita creditur.

2. Qui per fallaciam coheredis ignorans vniuersa, quz in vero erant, instrumentum transactionis sine Aquiliana stipulatione interposuit; non tam pacificetur, quam decipitur. 3. Ei, qui nondum certus, ad se querellam contra patris testamentum pertinere, de aliis causis cu aduersariis pacto transigit, tantum in his interpositum pactum nocebit, de quibus inter eos actum esse probatur. His tantum transactio obest, quamuis maior annis viginti quinque eam interposuit, de quibus actum probatur, nam ea, quorum actiones competere ei postea competitum est, iniquum est peremi pacto, id de quo cogitatum non doctur.

10. Idem libro primo Responforum.

De re filiorum, quos in potestate non habuit, transigentem patrem minimz eis obesse placet.

11. Idem libro quarto ad Edictum.

Post rem iudicatam, etiam si prononciatio non

2. *Ulpianus* libro 6. ad Edictum.
Atheniensis fuerit damnatus, ita infamis est, ut etiam ipsa sententia cum sacramento ignominiae causa solvat. 4. Ignominia autem missis neque in urbe, neque alibi, ubi Imperator est, morari licet.

5. Ait praetor: qui in scenam prodierit, infamis est. Scena est ut Labeo definit, quae ludorum faciendorum causa, quolibet loco, ubi quis consistat, moueaturque spectaculum sui praebiturus, posita sit in publico, priuatoque, vel in vicis: quo tamen locis ipsi homines spectaculi causa admittantur. eos enim, qui quatuor causa in certamina descendunt, & omnes propter praemium in scenam procedentes, famosos esse, Pegasus, & Nerua filius responderunt.

3. *Gaius* libro primo ad Edictum Praeuinciale.

Qui autem operas suas locauit, ut prodiret artis iudicis causa, neque prodiret, non notatur, quia non est ea res adeo turpis, ut etiam consilium puniri debeat.

4. *Ulpianus* libro 6. ad Edictum.

Athletas autem Sabinus, & Cassius responderunt omnino artem ludicram non facere: virtutis enim gratia hoc facere. & generaliter ita omnes opinantur, & uile uidentur: ut neque thumelici, neque exultici, neque agitatores, nec qui aquam, equis spargunt, exterique eorum ministeria, qui certaminibus sacris deseruiunt, ignominiosi habeantur.

2. Designatores autem, quos Graeci *βραβεύται* appellant, artem ludicram non facere Celsus probat, quia ministerium, non artem ludicram, exercent. Et sane locus iste hodie a principe non pro modico beneficio datur.

3. Ait praetor, qui lenocinium fecerit, lenocinium facit, qui quatuor mancipia habuerit, sed & qui in liberis hunc questum exercet, in eadem causa est. Siue autem principaliter hoc negotium gerat, siue alterius negotiationis accessione utatur: ut puta si caupo fuit, vel stabularius, & mancipia talia habuit ministrantia, & occasione ministerij quatuor facientia: siue balneario fuerit, uel in quibusdam prouinciis sit, in balneis ad custodienda uestimenta conducta habent mancipia hoc genus obseruantia in officina, lenocinij poena tenentur.

4. Pomponius & eum, qui in seruitute pecuniaria mancipia profututa habuit, notari post libertatem ait. 5. Calumniator ita demum notatur, si fuerit calumniae causa damnatus: neque enim sufficit calumniatum. item praebitor, praebitor autem est, quasi uariator, qui diuersam partem adiuuat, prodita causa sua. quod nomen Labeo a varia ceratione tractum ait. nam qui praebitor, ex utraque parte constitit, quinimmo ex aduersa. 6. Item si qui furti, uel bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo, suo nomine damnatus, passus uel erit, simili modo infames sunt.

5. *Paulus* libro quinto ad Edictum.

Quoniam intellegitur confiteri crimen, qui passus fuerit.

6. *Ulpianus* libro sexto ad Edictum.

Qui accipit, siue manifesti, siue nec manifesti. Sed si furti, uel alius famosis actionibus quis condemnatus prouocauit: pendente iudicio, nondum inter famosis lapsa sunt, retrò infamis est, quamuis, si iusta appellatio eius uisa sit, hodie notari puto, non retrò notatur. 2. Si quis alieno nomine condemnatus fuerit, non laborat infamia. & ideo nec procurator meus, uel defensor, uel curator, uel heres furti, uel ex alia simili specie condemnatus, infamia notabitur, nec ergo, si ab initio per procuratorem causa agitata est. 3. Passus, iuristis, uel passus

lit, accipimus: si cum praesio quantoramque praesio est, alioquin & qui praesibus imperant, ne secum ageretur, erit notatus: nec erit uenit uilla ratio: quod est inhumanum. 4. Qui iussu praetoris, peritis dato pactus est, non notatur. 5. Sed & si iure iurando delator, iudicet quis non deliquisse, non erit notatus, nam quodammodo innocentiam suam iurando adprobauit. 6. Mandati condemnatus, uerbis edicto notatur, non solum qui mandatum suscepit, sed is, qui fidem, quam aduersarius secutus est, non praestat, uel ut, si deus, famosum facio. 7. Iud plani addendum est, quod interdum & heres suo nomine damnatur, & ideo infamis fit, si in deposito, uel in mandato male uersatus sit. Non tamen in tutela, uel pro socio heres suo nomine damari potest, quia heres neque in tutela, neque in societate succedit: sed tantum in res alienum defuncti.

8. Contrario iudicio damnatus non erit infamis: nec immerito, nam in contrariis non de perfidia agitur, sed de calenilo, qui ferè iudicio solet dirimi.

9. *Paulus* libro 5. ad Edictum.

In actionibus, quae ex contractu proficiuntur, licet famose sint, & damnati notatur, attamen perditus non notatur meritis: quoniam ex his casibus non tam turpis est pactio, quam superioribus.

10. *Ulpianus* libro 6. ad Edictum.

Genere, inquit, mortuo, meritis adieci praetor, cum genus mortuum esse sciret: ne ignorantia puniretur, sed cum tempore lucus continuum est, meritis & ignorantia cedit ex die mortis mariti. & ideo si post legitimum tempus cognouit: Labeo ait, ipsa die & sumere eam iugubria, & deponere.

11. *Paulus* libro 5. ad Edictum.

Uxor, uel uir lugere non compellitur. 1. Sponsus nullus iustus est. 2. Idem libro 2. ad Edictum.

Oler à principe impetrari, ut intra legitimum tempus mulieri nubere liceat. 2. Quae uirum elugit, intra id tempus sponsam fuisse non nocet. 11. *Ulpianus* libro 6. ad Edictum.

Liberorum autem & parentum iustus impedimento nuptiarum non est. 1. Et si talis sit maritus, quem more maiorum lugeri non oportet, non potest eam nuptum intra legitimum tempus collocari. praetor enim ad id tempus se retulit, quo uir elugere: qui solet elugeri propter turbationem sanguinis. 2. Pomponius eam, quae intra legitimum tempus partum ediderit, putat statim post nuptias se collocare, quod uerum puto. 3. Non solent autem lugeri, ut Neratius ait, hostes, uel perduellionis damnati: nec suspendiosi: nec qui manus sibi intulerant non igitur uir, sed mala conscientia. Si quis ergo, post huiusmodi exitum mariti, nuptias se collocauerit: infamia notabitur. 4. Notatur etiam, qui eam duxit: sed si scieus, ignorantia enim excusat non iuris, sed facti. Excusatur, qui iussu eius, in cuius potestate erat, duxerit: & ipse, qui passus est ducere notatur, uirumque recte: nam & qui obtemporauit, uenia dignus est: & qui passus est ducere, notari ignominia.

12. *Paulus* libro 5. ad Edictum.

Qui iussu patris duxit, quamuis liberatus potestate patria eam retinuit, non notatur. 13. *Ulpianus* libro 6. ad Edictum.

Uir ergo si non ducere sit passus, sed postea quaedam duxit, raturum habuerit: ut puta, initio ignorauit talem esse, postea scit, non notabitur, praetor enim ad initium nuptiarum se retulit. 1. Si quis alieno nomine bina sponsalia constituerit, non notatur: nisi eius nomine constituta, quem, quam uel in potestate. Certè qui filium, uel filiam constituere patitur, quodammodo ipse uidetur constituisse. 2. Quod ait praetor, eodem tempore: non initia sponsaliorum eodem tempore factorum accipiendū est: sed si in id tempus concurrant. 3. Item si alteri sponsa, alteri nupta sit: ex sententia edicti puniuntur.

14. *Paulus* libro 5. ad Edictum.

Qui iussu patris duxit, quamuis liberatus potestate patria eam retinuit, non notatur. 13. *Ulpianus* libro 6. ad Edictum.

Uir ergo si non ducere sit passus, sed postea quaedam duxit, raturum habuerit: ut puta, initio ignorauit talem esse, postea scit, non notabitur, praetor enim ad initium nuptiarum se retulit. 1. Si quis alieno nomine bina sponsalia constituerit, non notatur: nisi eius nomine constituta, quem, quam uel in potestate. Certè qui filium, uel filiam constituere patitur, quodammodo ipse uidetur constituisse. 2. Quod ait praetor, eodem tempore: non initia sponsaliorum eodem tempore factorum accipiendū est: sed si in id tempus concurrant. 3. Item si alteri sponsa, alteri nupta sit: ex sententia edicti puniuntur.

15. *Paulus* libro 2. ad Edictum.

Qui iussu patris duxit, quamuis liberatus potestate patria eam retinuit, non notatur. 13. *Ulpianus* libro 6. ad Edictum.

Uir ergo si non ducere sit passus, sed postea quaedam duxit, raturum habuerit: ut puta, initio ignorauit talem esse, postea scit, non notabitur, praetor enim ad initium nuptiarum se retulit. 1. Si quis alieno nomine bina sponsalia constituerit, non notatur: nisi eius nomine constituta, quem, quam uel in potestate. Certè qui filium, uel filiam constituere patitur, quodammodo ipse uidetur constituisse. 2. Quod ait praetor, eodem tempore: non initia sponsaliorum eodem tempore factorum accipiendū est: sed si in id tempus concurrant. 3. Item si alteri sponsa, alteri nupta sit: ex sententia edicti puniuntur.

16. *Paulus* libro 2. ad Edictum.

Qui iussu patris duxit, quamuis liberatus potestate patria eam retinuit, non notatur. 13. *Ulpianus* libro 6. ad Edictum.

1. Cum autem factum notetur: etiam si eum ea quis nuptias, uel sponsalia constituit; quam uxorem ducere uel non potest, uel factum non est; erit notatus. 6. Ex compromisso arbiter infamiam non facit, quia non per omnia sententia est.

Si negotia absentis & ignorantis geras: & culpam & dolum praestare debes. sed Proculus, interdum etiam casum praestare debere: veluti si nouum negotium, quod non sit solutus absens faceret, ut nomine eius geras: veluti venales nouitios cocinendo, vel aliquam negotiationem inuendo. nam si quid damnum ex ea re secutum fuerit, te sequetur: luerum vero absentem, quod si in quibusdam lucrum factum fuerit, in quibusdam damnum; absens penitere luerum cum damno debet.

12. Ulpianus libro 10. ad Edictum.

Vocatori eius, cuius fuerint negotia, qui apud nihil habuit: & sibi postea solvere debet in eodem actu perseverans: sicut is, qui temporali actione tenebatur, etiam post tempus exactum negotiorum gestorum actione id praestare cogitur. Sczuola: nollet ait putare se, quod Sabinius scribit, debere à capite rationem reddendum; sic intellegi, ut appareat, quid reliquum fuerit tunc, cum primum liber esse coeperit: non ut dolum, aut culpam in seruitute admissam in obligationem reuocet. itaque si inueniatur vel malo more pecunia in seruitute erogata, liberabitur.

13. Paulus lib. 9. ad Edictum.

Debitor meus, qui mihi quinquaginta debebat, decessit. huius hereditatis curacionem suscepi: & impendi decem. deinde redacta ex venditione rei hereditariae centum in arca reposui. hæc sine culpa mea perierunt. quæstum est, an ab herede, qui quandoque exiisset, vel creditam pecuniam quinquaginta petere possim, vel decem, quæ impendi. Iulianus scribit, in eo verti quaestionem; ut animaduertamus, an iustam causam habuerim seponendorum centum. nam si debuerim & mihi, & cæteris hereditariis creditoribus solvere; periculum non solum sexaginta, sed & reliquorum quadraginta (milium) me præstaturum; decem tamen, quæ impenderim reuerturum; id est sola nonaginta restitueda: si vero iusta causa fuerit, propter quam integra centum custodirentur; veluti si periculum erat, prædia in publicum committerentur, ne pena irædicticæ pecuniae auerteretur, aut ex compromisso committeretur; non solum decem. quæ in hereditaria negotia impenderim, sed etiam quinquaginta, quæ mihi debita sunt, ab herede me consequi posse.

14. Ulpianus libro 10. ad Edictum.

Si filiusfamilias negotia gestis: proponatur: & quisissimum erit, in patrem quoque actionem dari: siue peculium habet, siue in rem patris sui vetuit, & si ancilla, simili modo.

15. Paulus libro 9. ad Edictum.

Pomponius libro vicensimo sexto, in negotia

gestis in initio cuiusque; tempore conditionem spectandam sit. quid enim, inquit, si pupilli negotia coeperit gerere; & inter moras putes factus sit vel serui, aut filiusfamilias; & interea liber, aut paterfamilias effectus sit? hoc & ego verius esse ducit: nisi si ab initio quasi vnum negotium gesturus accessero, deinde alio animo ad alterum accessero eo tempore, quo iam putes, vel liber, vel paterfamilias effectus est. hic enim quasi plura negotia gesta sunt: & pro qualitate personarum & actio formatur; & condemnatione moderatur.

16. Idem libro septimo ad Plautium.

Ed & cum aliquis negotia mea gerit: non multa negotia sunt, sed vnus contractus: nisi si ab initio ad vnum negotium accessit, ut inno eo discederet: hoc enim casus, si noua voluntate aliud quoque adgredierit, alius contractus est.

17. Ulpianus libro 3. ad Edictum.

Um actum, quem quis in seruitute egit, manu missus non cogitur reddere. Planè si quid conuexum fuit, vt separari ratio eius, quod in seruitute gestum est, ab eo, quod in libertate gestis, non possit: constat venire in iudicium vel mandati, vel negotiorum gestorum, & quod in seruitute gestum est. Denique si tempore seruitutis aream emerit, & in ea infamam adhaeruit, eam corruerit; & deinde manu missus fundum locauerit: sola locatio fundorum in iudicio negotiorum gestorum deducetur: quia ex superioris temporis administratione nihil amplius iudicio deduci potest, quam id, sine quo ratio libertatis tempore administrationis negotiorum excludi non potest.

18. Paulus libro nono ad Edictum.

Proculus, & Pegasus bonam fidem eum, qui in seruitute gerere coepit, praestare debere aiunt: id est, quæ quantum, si alius eius negotia gestis, seruire potuisset; tantum eum, qui à se metipso non xgerit, negotiorum gestorum actione præstaturus: si aliquid habuit in peculio, cuius retentione id seruari potest. Idem Neratius.

19. Idem libro 2. ad Neratium.

Ad qua nauita debitor fuit, etiam si in peculio nihil habuit: & sibi postea solvere debet in eodem actu perseverans: sicut is, qui temporali actione tenebatur, etiam post tempus exactum negotiorum gestorum actione id praestare cogitur.

Sczuola: nollet ait putare se, quod Sabinius scribit, debere à capite rationem reddendum; sic intellegi, ut appareat, quid reliquum fuerit tunc, cum primum liber esse coeperit: non ut dolum, aut culpam in seruitute admissam in obligationem reuocet. itaque si inueniatur vel malo more pecunia in seruitute erogata, liberabitur.

Si libero homini, qui bona fide mihi seruebat, mandem, vt aliquid agat: non fore eum eo mandati actionem, Labeo ait; quia non libera voluntate exsequitur rem sibi mandam, sed quasi ex necessitate serui. erit igitur negotiorum gestorum actio: quia & gerendi negotij mei habuerit auctoritatem, & is fuit, quem obligare possem.

Cum me absentem negotia mea gereres, imprudens rem meam emisti, & ignorans viuepsi. mihi negotiorum gestorum, vt restituas, obligatus non es. sed si, antequam viuepsi, cognoscas rem meam esse, subtere debes, ut si te petat meo nomine: & mihi rem, & tibi stipulatione euadionis committat. nec videris dolum malum facere in hac subiectione: ideo enim hoc facere debes, vt actione negotiorum gestorum tenearis.

Non tantum fortem, verum etiam vltura ex pecunia aliena perceptas negotiorum gestorum iudicio præstabis: vel etiam quas percipere potuimus: Contra quoque vlturas, (quas) præstabis vlturas, vel quas ex nostra pecunia percipere potuimus, quem in aliena negotia impendimus, scriuimus negotiorum gestorum iudicio. Dum apud

hostes esset Titius negotia eius administrari. postea reuersus est. negotiorum gestorum mihi actio competit: etiam si eo tempore, quo gerebantur, dominum uen habuerunt.

20. Ulpianus libro decimo ad Edictum.

In autem apud hostes constitutus decessit: & successori, & aduersus sue. efforem eius negotiorum gestorum dedit, & contraria competit.

21. Paulus libro nono ad Edictum.

Am & Seruius respondit, vt est relatum apud Alfenum libro trigensimo nono digestorum: cum à Lusitanis tres capti essent; & vnus ea conditione missus, vt pecuniam pro tribus adferret, & nisi redisset, vt duo pro eo quoque pecuniam darent; sique reuertit nolisset; & ob hanc causam illi pro tertio quoque pecuniam soluisset: (Seruius respondit) æquum esse, prætorum in eum reddere iudicium.

Qui negotia hereditaria gerit, quodammodo sibi hereditatem, si que ei obligat. ideoque nihil refert, an etiam pupillus heres existat: quia id æ. alienum cum cæteris hereditariis oneribus ad eum transit. Si, vno Titio, negotia eius administrare coepi: intermittere mortuo eo non debet: noua tamen inchoare necesse mihi non est; vt etiam explicare, ac conseruare necessarium est: vt ex alter ex sociis mortuus est. nam quæcumque prioris negotij explicandi, causa geretur; nihilum refert, quo tempore contumetur, sed quo tempore inchoentur. Mandati tuo negotia mea Lucius Titius gessit. quod is non redit gessit, tu mihi actione negotiorum gestorum teneris non in hoc tantum, vt actiones tuas praestes, sed etiam quod imprudenter eum elegeris: vt quidquid detrimenti negligentia eius fecit, tu mihi praestes.

22. Gaius libro tertio ad Edictum Prouinciale.

Siue hereditaria negotia siue ea, quæ alicuius est, sent, gerens aliquis, necessario rem emerit: licet ea interierit; poterit, quod impenderit, iudicio negotiorum gestorum consequi. veluti si frumentarium aut vinum familiaris parauerit, idque casu quodam interierit: forte incendio, ruina. Sed ita scilicet hoc dici potest, si ipsa ruina, vel incendium, sine vitio eius acciderit. nam cum propter ipsam ruinam, aut incendium damnandus sit: absurdum est, eum istarum rerum nomine, quæ ita consumptæ sunt, quicquam consequi.

23. Paulus libro 20. ad Edictum.

Si quis negotia aliena gerens, indebitum exegerit: restitueret cogitur, de eo autem, quod indebitum soluit, magis est, vt sibi imputare debeat.

24. Idem libro 24. ad Edictum.

Si ego hac meæ pecuniam procuratori dæ, vt ea ipsa creditoris fieret: proprietatem quæ per procuratorem non adquisitur: potest tamen creditor, etiam inuito me, ratum habendo, pecuniam suam facere: quia procurator in accipiendo creditoris duntaxat negotia gessit: & ideo creditoris ratihabitione liberor.

25. Idem libro 27. ad Edictum.

Si quis negotia aliena gerens, plus, quam oportet, impenderit: recipaturum eum id, quod præstari debuerit.

26. Modestinus libro 7. Responsorum.

Um alicui ciuitati per fideicommissum restituta causa esset hereditas: magistratus actores horum bonorum Titium, & Seium, & Gaium idoneos creauerunt. postmodum hi actores inter se diuiserunt administrationem bonorum: idque egerunt sine auctoritate, & sine consensu magistratum. post aliquo tempore testamentum, per quod restituta hereditas fideicommissa esset, irritum probatum est: pro tribunali: itaque ita ab inuestro Sempronius legimus heres defuncti est. sed ex his actoribus vnus non soluendo decessit: & nemo heres

ei exitit. Quare, si Sempronius conueniet actores horum bonorum, periculum inopis defuncti ad quos pertinet. Herennius Modestinus respondit, quo lab. vno ex actoribus ob ea, quae solus gessit, negotiorum gestorum actione, seruari non potest, ad damnum eius, cui legitima hereditas quaesita est, pertinere.

27. Idem libro 2. Responsorum. Ex duobus fratribus vno quidem suae aetatis, alio vero minore annis, cum haberent communia praedia rustica, maior frater in salu communi habenti habitationes paternas, ampla aedificia aedificauit: cumque eundem salum cum fratre diuideret, sumptus sibi, quasi re meliore ab eo facta, desiderabat, fratre minore iam legitime aetatis constituto. Herennius Modestinus respondit, ob sumptus nulla re urgente, sed voluptatis causa factos, eum, de quo queritur, ad actionem non habere. 1. Titium, si pietatis respectu fororis aluit filiam, actionem hoc nomine contra eam non habere respondit.

28. Iuulenus libro 2. ex Casio.

SI quis, mandatum Titij, negotia Seij gessit: Titio mandati tenetur: illi; estimari debet, quanto Seij & Titij interest. Titij autem interest, quantum is Seio praestare debet; vni vel mandati, vel negotiorum gestorum nomine obligatus est. Titio autem actio competit eum eo, cui mandauit alieno negotia gerenda, & antequam ipse quicquam domino praestaret: quia id ei abesse videtur, in quo obligatus est.

29. Callistratus libro 3. Edicti Monitorij.

CVm pater testamento, postumo tutorem dederit: siq; tutelam interim administrauerit, nec post mortis natus fuerit: eum eo non tutelae, sed negotiorum gestorum erit agendum. quod si natus fuerit post mortem, tutelae erit actio: & in eam utrumq; tempus veniet: & quae antequam nasceretur infans, gessit: & quo, posteaquam natus sit.

30. Iulianus libro 3. Digestorum.

EX facto querebatur: quaedam ad filiginem emendam curatorem decreto ordinis constitutum: eidem alium subcuratorem constitutum filiginem miscendo corrupisset: atque ita pretium filiginis, quae in publicum empti erat, curatori additum esse: quae actione curator cum subcuratore experiri possit, & consequi, id ei saluum esset, quod causa eius damnum cepisset. Valerius Severus respondit, aduersus curatorem negotiorum gestorum actionem tutorem dandam. Idem respondit, ut magistratui aduersus magistratum eadem actio detur. ita tamen, si non sit conficius fraudis. Secundum quae etiam in subcuratore idem dicendum est.

31. Papinianus libro 2. Responsorum.

LIBERTO, vel amico mandauit pecuniam accipere mutuum: cuius literas creditor secutus contra xit: & fideiusor interuenit. etiam si pecunia non sit in rem eius versa, tamen dabitur in eum negotiorum gestorum actio creditori, vel fideiusori, scilicet ad exemplum infistoriae actionis. 1. Inter negotia Sempronij, quae gerebat, ignorans Titij negotium gessit, ob eam quoque speciem Sempronio tenebitur: sed ei cautionem indemnitate officio indicis praebere necesse est aduersus Titium, qui datur actio. Item in tutore iuris est. 2. Litem in iudicio deducam, & a reo desertam frustratoris amicus vltro egit, causas absentiae eius allegans iudici: culpam contraxisse non videbitur, quod, sententia contra absentem dicta, ipse non proiociuit. Vlpianus notat: Hoc verum est: quia frustrator condemnatus est. ceterum si amicus, cum absentem defenderet, condemnatus negotiorum gestorum ager: poterit ei impulari, si eum postea appellasset. 3. Qui aliena negotia gerit, vltro praestare cogitur: eius scilicet pe-

cuniae, quae purgatis necessariis sumptibus superest. 4. Liberos certam pecuniam accipere testator ad sumptum monumenti voluit. si quid amplius fuerit erogatum, iudicio negotiorum gestorum ab herede non potest peti: de iure fideicommissi: cum voluntas finem erogationis fecerit. 5. Tutoris heres impubes filius ob ea, quae tutor eius in rebus pupillae paternae gessit, non tenetur: sed tutor proprio nomine iudicio negotiorum gestorum conuenietur. 6. Nonquamquam mater filij negotia secundum patris voluntatem, pietatis fiducia egerat: tamen ius actoris periculo suo, litium causa constituendi non habebit: quia nec ipsa filij nomine recte agit: aut res bonorum eius alienat, vel debitorem impubem accipiendo pecuniam liberat.

7. Vno deficiente causam communis aequae sententia praedicta datur: sed qui sumptus necessarios probabilem in communi lite fecit, negotiorum gestorum actionem habet.

32. Idem libro tertio Responsorum.

IDEIUSOR imperitia lapsus, alicuius quoque contra, qui personam eius non contingebat, pignora, vel hypothecae suscepit: & utrumque pecuniam creditori soluit, ex stimans indemnitate suae, confusus praedictis, consulti potest. ob eas res iudicio, mandati frustra conuenietur, & ipse debitorem frustra conueniet: negotiorum autem gestorum vtrique necessaria erit, in qua lite culpam estimari satis est, non etiam casum: quia praedicta fideiusor non videtur creditori ob id factum ad restituendum iudicio, quod de pignore dano reddidit, cum videatur ius suum vendidisse, non tenebitur. 1. Ignorante virgine, mater a sponso filiae res donatas suscepit, quia mandati, vel depositi cessat actio; negotiorum gestorum agit.

33. Idem libro 10. Responsorum.

HEROS viri defuncti uxorem; quae res viri, tempore nuptiarum, in sua potestate habuit, compellatur hereditatis postulate non debet. prudentius itaque faceret: si ad exhibendum, & negotiorum gestorum, si negotia quoque viri gessit, cum ea fuerit expertus.

34. Paulus libro 1. Quaestionum.

NEfennius Apollinaris Iulio Paulo Salutem: A nia nepotis sui negotia gessit, defunctis viris; aut heredes conueniebantur a nepotis hereditibus negotiorum gestorum actione. reputabant heredes autem alimenta praestita nepoti. respondebatur, autiam iure pietatis de suo praestitisse: nec enim aut desiderasse, ut decernerentur alimenta, aut debere praestare ea constitutum esse dicebatur, ut si mater aluisset, non posset alimenta, quae pietate cogente de suo praestitisset, repetere. ex contrario dicebatur, tunc hoc recte dici, ut de suo aluisset mater probaretur: at in proposito autiam, quae negotia administrabat, verisimile esse de re ipsius nepotis eum aluisse. tradatum est, numquid utroque patrimonio erogata videantur, quae, quid tibi iustus videatur. Respondit: Haec disceptatio in factum constituit. nam & illud, quod in matre constitutum est, non puto ita perpetuo obseruandum. quid enim, si etiam praestata est, se filium ideo alere, ut aut ipsum, aut tutores eius conueniret? pone peregre patrem eius obisset, & matrem, dum in patriam reuertitur, tam filium, quam familiam eius exhibuisse. in qua specie etiam in ipsum pupillum negotiorum gestorum dandam actionem Diuus Pius Antoninus constituit. Igitur in re facti facilius putabo autiam, vel heredes eius audiendos, si reputare velint alimenta: maxime si etiam in ratione impernarum ea retulisse autiam apparebit. Illud nequaquam admittendum puto, ut de utroque patrimonio erogata videantur.

35. Scuola libro 1. Quaestionum.

DIUORTIO facto, negotia uxoris gessit maritus. dos non solum dotis actione, verum negotiorum

gestorum seruari potest. Haec ita, si in negotiis gestis maritus, dum gerit, facere potuit: alius enim imputari non potest, quod a se non exegerit. Sed & postquam patrimonium amiserit, plena erit negotiorum gestorum actio: quamuis si dotis actione maritus conueniatur, absolueendus est. Sed hic quidam modus seruandus est: ut ita querellae locus sit, quantum facere potuit, quantum possit amiserit: si illo tempore ei solueret potuit. non enim euestigio in officio deliquit, si non protinus res suas distraxit ad pecuniam redigendam. praeterea denique aliquid temporis debet, quo cessasse videatur. quod si interea, prius quam officium impleat, res amissa est: perinde negotiorum gestorum non tenetur, ac si nunquam facere possit. Sed & si facere possit maritus, actio negotiorum gestorum inducitur: quia forte periculum est, ne facere desinat. 1. Illum autem non credimus teneri, qui gerit negotia debitoris, ad reddendum pignus: cum pecunia ei debeatur, nec fuerit quod sibi possit extolueret.

2. Sed nec rehditoriae speciem venire in negotiorum gestorum actionem. & per hoc ex mensuris exactis perire, si vel mancipium in rebus non inuenit, vel, eo inuenito, quod accessionum nomine additum est, vel quod deterior homo factus esset, vel quod per eum esset adquisitionum non ex re emptoris, nec inuenit, nec recepit: nec esset in ipsis emptoris negotiis, quae gerebat, vnde sibi in praesenti redderet. 3. Ceterum si ex alia causa perpetuae obligationis, cum sit locupletes, debet: non est imputandum, quod non soluerit: vique si neque vltimum ratio querellam mouet. Diuersum quoque est in tutore debitor: quia ibi interfuit, ut priore obligatione solui, ut deberetur ex tutelae actione.

36. Paulus libro quarto Quaestionum.

SI liber homo, bona fide militi seruicis, mutuum pecuniam sumpsit: & eamque in rem meam vertit: qua actione id, quod in rem nostram vertit, reddere debet, videndum est. non enim quasi amicitis, sed quasi domini negotium gessit. sed negotiorum gestorum actio danda est, quae definit competere, si creditori eius soluta sit.

37. Idem libro primo Sententiarum.

LIIS contestatae tempore quae solet, an pupillus, licuit sine tutore, auctoritate negotia gesta sunt, locupletior sit ex ea re factus cuius patitur actio. 1. Si pecuniae quis negotium gerat: vltro quoque praestare cogitur. & periculum eorum nominis, quae ipse contraxit: nisi fortuitis casibus debitores in suas fortunas amiserint, ut tempore litis ex ea actione contestatae soluendo non essent. 2. Pater, si emancipati filij res a se donatas administravit, filio actione negotiorum gestorum tenetur.

38. Tryphonius libro secundo Disputationum.

VI sine vltro pecuniam debebat, creditoris sui gessit negotia. questum est, an negotiorum gestorum actione summe illius vltro praestare debeat dixi, si a se ipso exigere eum oportuit. debitum vltro: quod si dies soluendae pecuniae tempore, quo negotia gerebat, nondum venerat, vltro non debitorum: sed die praeterito, si non intulit rationibus creditoris, cuius negotia gerebat, eam pecuniam a se debitorum: merito vltro bonae fidei iudicio praestatur. Sed, quae vltro debet, videamus: utrum eas, quibus alius idem creditor saecularetur & maximas vltro, quoniam ubi quis eius pecuniam, cuius tutelam negotiatiue administrat, aut magistratus municipij publicam in usus suos conuertit: maximas vltro praestare, ut est constitutum a Diuis principibus. 1. Ius diuersa causa est, qui non sibi sumptus ex administratione numeros, sed ab amico accepit, & negotiorum administrationem. nam illi, de qui-

bus constitutum est: cum grauitam, cerere integram, & abstinentem omni lucro praestare fidem deberent: litentia, qua videntur abuti, maxime vltro, vice cuiusdam praestant, subleuatur: hic bona ratione accipit ab alio mutuum; & vltro, quia non soluit, non quia ex negotiis, quae gerebat, ad se pecuniam transfudit, condemnandus est. Multum autem refert, incipiat nunc debitorum, an ante nomen fuerit debitorum: quod satis est ex non vltro facere vltro.

39. Gaius libro tertio de Verborum obligationibus.

SOLuendo quisque pro alio, licet inuito, & ignorantem, liberat eum. quod autem alicui debetur, alius sine voluntate eius non potest iure ex gere naturalis enim, simul & civilis ratio suavit, aliena conditionem meliorem quidem etiam ignorantis, & inuiti nos facere posse; deteriorem non posse.

40. Paulus libro decimo ad Sabinum.

SI communes aedes tecum habeam, & pro tua parte damni infesti vicino caueo: dicendum est, quod praestitero negotiorum gestorum actione potius, quam communi diuidendo iudicio, posse me petere: quia potui partem meam ita defendere, ut socij partem defendere non cogeret.

41. Idem libro trigesimo ad Edictum.

VI seruum meum, me ignorante, vel absente, in locali causa defenderit; negotiorum gestorum in solidum mecum, non de peculio ager.

42. Idem libro trigesimo secundo ad Edictum.

SI serui mei rogatu negotia mea suscepit: si distaxat admonitus a seruo meo id fecerit, inter nos negotiorum gestorum actio: si vero quasi mandatum serui; etiam de peculio, & de in rem verso agere te posse responsum est.

43. Labeo libro sexto Posteriorum Epitomarum a Iuuleno.

CVm pecuniam eius nomine solueres, qui tibi nihil mandauerat: negotiorum gestorum actio tibi competit: cum ea solutione debitor a creditore liberatus sit: nisi si quid debitoris interfuit, eam pecuniam non solui.

44. Vlpianus libro sexto Disputationum.

IS, qui amicitia ductus paterna pupillis tutorem petierit vel suspectos tutores postulauit: nullam aduersus eos habet actionem secundum Diui Severi constitutionem.

45. Idem libro quarto Opinionum.

VI vltro in negotia alicuius eroganur, in quibus est etiam sumptus honeste ad honores per gradus pertinentes factus, actione negotiorum gestorum peti possunt. 1. Qui pure testamento libertatem acceperunt, actus, quem viuentibus dominis administrauerunt, rationem reddere non compelluntur. 2. Titius pecuniam creditoribus hereditatis soluant, existimans fore rem suam defuncto herede in testamento existisse: quamuis animo gerendi fororis, negotia id fecisset, veritate tamen filiorum defuncti, qui sui heredes patri, sublati testamento, erant, gessisset: quia aequum est in dano eum non versari, actione negotiorum gestorum id eum petere placuit.

46. Africanus libro septimo Quaestionum.

MAndasti filio meo, ut tibi fundum emeret. quod cum cognouisset, ipse enim tibi emi. puto referre, qua mente emerim. na si propter ea, quae tibi necessaria esse scirem, & te eius voluntatis esse, ut emptum habere velles: agemus inter nos negotiorum gestorum: sicut ageremus, si aut nullum omnino mandatum intercessisset: aut Titio mandasses, & ego, quia per me commodius negotium possem con-

ere, emiffem. Si vero propterea emerim, ne filius mandati iudicio teneatur: magis est, ut ex persona eius & ego tecum mandati agere possim, & tu mecum actionem habeam de peculio: quia & si Titius id mandatum suscipisset, & ne eo nomine teneatur, ego emiffem: agerem cum Titio negotiorum gestorum, & ille tecum, & tu cum illo mandati. Idem est, & si filio meo mandaverit, ut pro te fideiuberet, & ego pro te fideiufferim. Si proponatur te Titio mandasse, ut pro te fideiuberet: meque, quod is aliqua de causa impeditur, quo minus fideiuberet: liberandę fidei eius causa fideiusulle, negotiorum gestorum mihi competit actio.

47. Paulus libro primo Sententiarum. Cui negotiorum gestorum illi datur, cuius interest hoc iudicio experiri. Nec refert, directa quis, an vili actione agat, vel conveniatur, quia in extraordinariis iudiciis, ubi conceptio formularum non observatur: hæc supilitas superuacua est: maximę cum viraque actio eiusdem potestatis est, eundemque habet effectum.

48. Papinianus libro tertio Quæstionum. Ignorante quoque forore, si frater negotium eius agens dotem in viro stipulatus sit: iudicio negotiorum gestorum, ut virum liberaret, iure conuenitur.

49. Africanus libro octavo Quæstionum. Si rem, quam servus venditus subripisset a me venditor, emptor vendiderit: eaque in rerum natura esse desierit: de pretio negotiorum gestorum actio mihi danda sit, ut dari deberet, si negotium, quod tuum esse existimarem, cum esset meum, gestissem. si ex contrario in me tibi daretur, si cum hereditatem, quæ ad me pertinet, tuam putares, res tuas proprias legatas soluissem: (quandoque de ea solutione liberaret.)

DE CALVMNIATORIBVS. TIT. VI.

Ulpianus libro decimo ad Edictum. In eum, qui, ut calumnię causa negotium faceret, vel non faceret, pecuniam accepisse diceretur, intra annum in quadruplum eius pecunię, quam accepisse dicitur, post annum simpli in factum actio competit. Hoc autem iudicium non solum in pecuniariis causis, sed & ad publica crimina pertinere Pomponius scribit: maxime cum & lege Repetundarum teneatur, qui ob negotium faciendum, aut non faciendum per calumniam pecuniam accepit. Qui autem accedit pecuniam siue ante iudicium, siue post iudicium accepit, tenetur. Sed & constitutio Imperatoris nostri, quæ scripta est ad Cassium Sabinum, prohibuit iudici, vel aduersario in publicis, vel priuatis, vel fiscalibus causis pecuniam dare: & ex hac causa litem perire iussit. Nam tractari potest, si aduersarius non per calumniam, transgredi animo accepit, an constitutio cessat, & puto cessare, sicuti hoc quoque iudicium, neque enim transactionibus est interdictum, sed fordidis, concusionibus. Pecuniam autem accepisse dicemus, etiam si aliquid pro pecunia acceptum.

2. Paulus libro decimo ad Edictum.

Quinetiam, si quis obligatione liberatus sit, potest videri cepisse. Idemque si gratuita pecunia vendita data sit, aut minoris locata, venditave res sit, nec refert, ipse pecuniam accepit, an alij dari iussit, vel acceptum suo nomine ratum habuerit.

3. Ulpianus libro decimo ad Edictum. Et generaliter idem erit, si quid omnino commpendij sensit propter hoc: siue ab aduersario siue ab alio quocumque. Si igitur accepit, ut negotium faceret, huc fecit, siue non fecit, & qui acce-

pit, ut negotium faceret, siue fecit, siue non fecit: & qui accepit, ne faceret, & si fecit, tenetur. Hoc edicto tenetur etiam is, qui deceptus est. Deceptus autem dicitur turpiter passus. Illud erit notandum, quod qui dedit pecuniam, ut negotium quis pateretur, non habebit ipse repetitionem: turpiter enim fecit: sed ei dabitur petitio, propter quem datum est, ut calumnię ei fiat. Quare si quis a te pecuniam accipit, ut mihi negotium faceret, & a me, ne mihi faceret: duobus iudiciis mihi tenebitur.

4. Gaius libro quarto ad Edictum Prouinciale.

Hęc actio heredi quidem non competit, quia sufficere ei debet, quod eam pecuniam, quam defunctus dedit, repetere potest.

Ulpianus libro decimo ad Edictum. In heredem autem competit in id, quod ad eum peruenit. Nam est constitutum, turpia lucra heredibus quoque extorqueri, licet crimina extorquantur, vitia ob factum, vel iudici ob grauiorem sententiam datum, & heredi extorquuntur: & si quid aliud scelere quaesitum. Sed etiam præter hanc actionem conditio competit, si sola turpitudine accipiens veretur: nam si & Janus, melior causa erit possidentis. Quare si factum conditum, vitium tollitur hæc actio: an vero in tripulum danda sit, an exempli, facti & in quadruplum actionem damus, & conditionem? Sed quod sufficere alteram actionem. Vbi autem conditio competit, ibi non est necesse post annum dare in factum actionem.

6. Gaius libro quarto ad Edictum Prouinciale.

An, si autem in personam quidem eius, qui dedit pecuniam, ne secum ageretur, ex eo tempore cedit, ex quo dedit: si modo potestas ei fieret experiendi. In illius vero personam, cum quo ut agatur, alius pecuniam dedit, dubitari potest, utrum ex die date pecunię numerari debeat, an potius, ex quo cognouit datam esse: quia qui nescit, is videtur experiendi potestatem non habere: & verius est, ex eo annum numerari, ex quo cognouit.

7. Paulus libro decimo ad Edictum.

Si quis ab alio accepit pecuniam, ne mihi negotium faciat: si quidem mandatu meo datum est, vel a procuratore meo omnium rerum: vel ab eo, qui negotium meum gerere volebat, & ratum habuit: ego dedisse intellegor. Si autem non mandatu meo alius ei, licet misericordię causa, dederit, ne fiat, neque ratum habuit: tunc & ipsum repetere, & me in quadruplum agere posse. Si, ut filiofamilias negotium fieret, acceptum est: & patri actio danda est. Item si filiofamilias pecuniam accepit, ut faceret negotium, vel non faceret: in ipsum iudicium dabitur. Et si alius non meo mandatu ei dederit, ne fiat: tunc etiam ipsum repetere, & me in quadruplum agere posse. Cum publicanus mancipia retinere, dataque ei pecunia esset, quæ non deberetur, & ipse ex hac parte edicti in factum actione teneatur.

8. Ulpianus libro quarto Opinionum.

Si ab eo, qui innocens fuit, sub specie criminis aliquid accipiam, cuius de ea res notio est, edoctus fuerit: id, quod illicitè extortum est secundum edicti formam, quod de his est, qui pecuniam, ut negotium faceret, aut non facerent, accepisse dicerentur, restitui iubetur: & ei, qui id commisit, pro modo delicti poenam irroget.

9. Papinianus libro secundo de Adulteriis.

De seruo, qui accusatur, si postuletur, quæstio habetur, quo absoluto, in duplum pretium accusator domino damnatur. sed & citra pretij estimationem quaeritur de calumnię eius, separatim est etiam calumnię crimen a damno, quod inferuor propter quaestionem domino datum est.

LIBER QVARTVS. DE IN INTEGRVM RESTITUTIONIBVS.

Ulpianus libro vndecimo ad Edictum. Tilitas huius tituli non eger commendatione. ipse enim se ostendit. Nam sub hoc titulo plurimam prætor hominibus vel lapsis, vel circumscriptis subuenit: siue metu, siue caliditate, siue ætate, siue absentia inciderunt in captiorem.

Paulus libro primo Sententiarum. Siue per status mutationem, aut iustum errorem.

3. Modestinus libro octavo Pandectarum. Omnes in integrum restitutiones: scilicet ut iustitiam earum causarum examinet, an verè sine quarum nomine singulis subuenit.

4. Callistrus libro primo Edicti Monitorij. Cui illud a quibusdam obseruatum propter litis minimam rem, vel summam: si maiori rei, vel summe præiudicatur: audiatur is, qui in integrum restitui postulat.

5. Paulus libro septimo ad Edictum. Non videtur excludi, quem prætor in integrum restitui postulat.

6. Ulpianus libro 13. ad Edictum. Non solum minoris, verum eorum quoque, qui in reipublice causa adfuerunt, item omnium, qui ipsi potuerunt restitui in integrum, successores in integrum restitui possunt: & ita sepius est constitutum. Siue igitur heres sit, siue is, cui hereditatis restituta est, siue filiofamilias militis successor: in integrum restitui poterit. Proinde & si minor in seruitute redigatur, vel ancilla fiat, dominis eorum dabitur, non vitra tempus statutum, in integrum restitutio. Sed & si forte hic minor erat captus in hereditate, quam adierit.

Ulpianus libro septimo decimo Digestorum scribit, abstinendū facultatem dominum posse habere non solum ætatis beneficio, verum & si ætas non patros ingratum: quia non ipse hereditatis gratia legum beneficio vti soluit, sed vindictæ gratia.

7. Macellus libro tertio Digestorum.

Diuus Antoninus Marcio Antonino prætori de succurrendo ei, qui absens rem amiserat, in hanc sententiam rescripsit: Et si nihil facile mutandum est ex solemnibus: tamen ubi æquitas euidens possit, subueniendum est itaque si citatus non respondit, & ob hoc more pronuntiatum est, concessum, autem pro tribunali te sedente adit: existimari potest, non sua culpa, sed parum exaudita voce præconis defuisse: idcirco restitui poterit.

Nec intra has solum species consistit huius generis auxilium etenim deceptis sine culpa sua, maxime si fraudis ab aduersario interuenierit, succurri oportebit: cum etiam de dolo malo actio competere solet. & boni prætoris est, potius restituere litem, & ratio, & æquitas postulat, quæ actionem famosiorem constituere: ad quam tunc deum descendendum est, cum remedio locus esse non potest.

8. Macri libro 2. de Appellationibus. Inter minores viginti quinque annis, & eos, qui in reipublice causa absint, hoc interest: quod minores annis, etiam qui per tutores curatoresve suos decesserunt, nihilominus in integrum contra reipublicam restituantur, cogitur scilicet causa: ei

verò, qui reipublice causa absint, ceteris quocumque qui in eadem causa habentur, si per procuratores suos defensi sunt, hæcenus in integrum restitutione subueniri solet, ut appellate his permittatur.

QVOD METVS CAUSA gestum erit.

TIT. VII.

Ulpianus libro vndecimo ad Edictum. It prætor: Quod metus causa gestum erit, ratum non habeo. Olim ita edictebatur, quod si, metus causa, vis enim sebat mentio propter necessitatem impostam contrariam voluntati: metus, instantis, vel futuri periculi causa mentis trepidatione, sed postea detracta est vis mentio: ideo quia quodcumque vi atrocè sit, id metu quoque fieri videatur.

Paulus libro primo Sententiarum. Vis autem est maioris rei impetus, qui repellere non potest.

Ulpianus libro vndecimo ad Edictum. Continet igitur hæc clausula & vim, & metum: & si quis vi compulsus aliquid fecit, per hoc edictum restituitur. Sed vim accipimus atrocem, & eam, quæ aduersus bonos mores fiat: non eam, quam magistratus recte intulit scilicet iure licito, & iure honoris, quem sustinet. ceterum si inturiam quid fecit populi Romani magistratus, vel prouincie præses: Pomponius scribit, hoc edictum locum habere: si forte (inquit) mortis, aut verberum terrore pecuniam alicui extorsit.

Paulus libro vndecimo ad Edictum. Ego puto, etiam seruitutis timorem, similitudinemque admittendum.

Ulpianus libro vndecimo ad Edictum. Etiam accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem, sed maioris malitatis.

Gaius libro quarto ad Edictum Prouinciale.

Metum autem non vani hominis, sed qui inlicitus & in homine constantissimo cadat, ad hoc edictum pertinere dicemus.

Ulpianus libro vndecimo ad Edictum. Nec timorem infamie hoc edicto contineri. Pedius dicit libro septimo: neque alicuius vexationis timorem per hoc edictum restitui. Proinde si quis metuculosus rem nullam frustra timuerit, per hoc edictum non restituerit. quoniam neque vis, neque metus causa factum est. Proinde si quis in furto, vel adulterio deprehensus, vel dedit aliquid vel si obligauit: Pomponius libro vicensimo octauo recte scribit, posse eum ad hoc edictum pertinere: timuit enim vel mortem, vel vincula, quamquam non omnem adulerum liceat occidere, vel furem, nisi se telo defendat: sed potuerunt vel non iure occidi, & ideo iustus fuerit metus. Sed & si, ne prodatur ab eo, qui deprehenderit, alienauerit: succurri & per hoc edictum videtur: quoniam, si proditus esset, potuerit ea pati, quæ diximus.

Paulus libro vndecimo ad Edictum. Isti quidem & in legem Iuliam incidunt, quod pro conserto stupro acceperunt. prætor tamen etiam, ut restituant, interuenire debet, nam & gestum est malo more: & prætor non respicit, an adulter sit, qui dedit: sed hoc solum, quod licet accipit metu mortis illato. Si igitur accipiat pecuniam, qui instrumenta statim

mei intercursum est, si dem non dubitatur, quin maximo metu compellat: utque si iam in servitute...

9. Ulpianus libro undecimo ad Edictum.

Metum autem praesentem accipere debemus non suspicionem inferendi eius. & ita Pomponius libro vicesimo octavo scribit. ait enim metum illarum accipiendum id est si illatus est timor ab aliquo...

3. Sed quod praetor ait, ratum se non habiturum: quatenus accipiendum est, videamus. Et quidem aut imperfecta res est, licet metus intervenierit...

4. Volenti autem datur & in rem actio, & in personam, rescissa acceptilatione, vel alia liberatione.

5. Iulianus libro tertio digestorum putat eum, cui res metus causa tradita est, non solum reddere, verum & de dolo repromittere debere.

6. Licet tamen in rem actionem dandam existimemus, quia res in bonis est eius, qui vim passus est: verum non sine ratione dicitur, si in quadruplum quis egerit: sicut in rem actionem, vel contra.

7. Ex hoc edicto restitutio talis facienda est, id est in integrum officio iudicis: ut, si per vim res tradita est, retrahatur, & de dolo (sicut dictum est) repromittatur, ne forte deterior res sit facta. & si acceptilatione liberatio intervenit, restituta erit in

primum statum obligationis: usque adeo, ut Iulianus scribat libro quarto digestorum, si pecunia debita sit, quae accepta per vim facta est, nisi vel solvatur, vel restituta obligatione iudicium accipitur...

10. Gaius libro quarto ad Edictum Pronunciale.

Illud verum est, si ex facto debitoris metum adhibentis fideiussores acceptilatione liberati sunt, etiam aduersus fideiussores agi posse, ut se reponant in obligationem.

11. Paulus libro quarto Iuliani Digestorum nota.

Si quis alius sine malitia fideiussores, ut fideiussores accepto hie: vim fecit non tenetur fideiussores, ut rei quoque obligationem restituat.

12. Ulpianus libro undecimo ad Edictum.

Sed & parvus ancillarum, & fetus pecorum, & fructus restitui, & omnem causam oportet: nec solum eo, qui percepti sunt: verum si plus ego percipere potui, & per metum impeditus sum, hoc quoque praestabit.

3. Quae poterit, an etiam ei, qui vim fecerat, passio vim restitui praetor velit per hoc edictum ea, quae alienavit. & Pomponius scribit libro vicesimo octavo, non oportere ei praetorem opem ferre.

4. Iulianus ait, eum, qui vim adhibuit debitori suo, ut ei solueret, hoc edicto non teneri, propter naturam metus causa actionis, quae damnum exigit: quamvis negari non possit, in Iuliam eum de vi incidisse, & ius crediti amisisse.

13. Callistratus libro quinto de Cognationibus.

Exstat enim decretum Divi Marci in hac re: bene optimum est, ut si quis putat se habere petitiones, actionibus experiaris, cum Marcellianus diceret vim nullam feci: Caesar dixit, tu vim putas esse solum, si homines vulnerentur: vis est & tunc, quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit.

14. Ulpianus libro 11. ad Edictum.

Item si cum exceptione aduersus te perpetua tuleris, cum ego te acceptum mihi facere, cetera hoc edictum: quia nihil tibi est.

1. Si quis non restitutum quadruplum in eum iudicium postuletur, quadruplum autem omnino, quodcumque restitui oportuit. Satis clementer cum teo praetor egerit, ut daret ei restituendi facultatem, si vult personam edicare. Post annum vero in similitudinem actionem postuletur: sed non semper, sed causa exigens.

2. In causa autem cognitionis versatur, ut si alia de re non sit, tunc licet deat. & sane cum per vim facta iniuria anno & quidem vili exolvere: donec eae causa debet, ut post annum actio habeat deat. Alia autem actio esse sic potest: si is, cui vim admissa est, decesserit: heres eius habet hereditariae petitionem: quoniam pro possessore, qui vim incolumi possidet, propter quod heredi non erit metus causa actio quamvis, si annus largiretur, etiam heres in quadruplum expensam possit. Ideo autem successores datur, quoniam & rei habet perfectionem.

3. In hac actione non quaeritur, utrum is, qui convenit, an alius metum fecit: sufficit enim hoc docere, metum sibi illatum, vel vim: & ex hac re cum qui convenit, & si crimine caret, lucrum tamen se habet. nam eum metus habet in se ignovantiam merito quis non adstringitur, ut designet, quis ei metum, vel vim adhibuit: & ideo ad hoc tantum actor adstringitur, ut doceat metum in causa fecisse, vel alicui acceptam pecuniam faceret, vel rem traderet, vel quid aliud faceret. Nec cuiquam iniquum videtur, ex alieno facto alium in quadruplum condemnari: quia non statim quadrupli est actio, sed si res non restituitur.

4. Haec autem actio cum arbitraria sit, habet reus licentiam, usque ad sententiam, ab arbitro datam, restitutionem; secundum quod supra diximus, rei facere, quod si non fecerit, iure meritoque quadrupli condemnationem patietur.

5. Aliquando tamen, & si metus adhibitus proponatur, arbitrium absolventem adfert, quid enim, si metum quidem tunc adhibuit me non dolo, res autem ad me peruenit, & hinc in rebus humanis non est sine dolo malo: nec dolo iudicis officio absolventur si servus in fuga est: quae, si casu vero iudicis officio, me, si in meam potestatem pervenerit, restitutum; absolvi debebo. Vnde quidam putant, bona fide emptorem ab eo, qui vim intulit, comparantem non teneri: nec eum, qui dono accipit, vel cui res legata est. Sed restituitur Viuviano videtur, etiam hoc teneri: ne metus, quem passus sum mihi captivus sit. Peditus quoque libro octavo scribit arbitrium iudicis in restituenda re tale esse: ut eum quidem, qui vim admisit, iubeat restituere, etiam si ad alium res peruenit: eum autem, ad quem peruenit, etiam si alius metum fecit: nam in alterius praetium verti alienum metum non oportet.

6. Labeo ait: Si quis per metum reus sit constitutus, & fideiussores volentem dederit: & ipse, & fideiussores liberatur, si solus fideiussores metum accessit, non etiam reus; solus fideiussores liberabitur.

7. Quadruplatur autem id, quanti ea res erit, id est, cum fructibus, & omni causa.

8. Si quis per vim sibi promittendo, post a fideiussores adhibeat: is quoque liberatur.

9. Sed & si quis per vim stipulatus, cum acceptum non faceret, fuerit in quadruplum condemnatus: ex stipulatum eum agentem, aduersus exceptionem replicatione adiuvatur Iulianus putat: cum in quadruplo & sim-plum sit reus consecutus. Labeo autem eum post quadrupli actionem nihilominus

exceptione summoneendum eum, qui vim intulit, dicebat, quod eum durum videbatur, ita temperandam esse, ut tam tripli condemnatione plectatur, quam acceptilationem omnimodo facere compellatur.

10. Quatenus autem diximus quadruplo simpliciter inesse, hoc disponendum est, ut in condemnatione quadrupli res quidem omnimodo continetur, & eius restitutio fiat, praeterea autem usque ad triplum sicut.

11. Quid si homo, sine dolo malo, & culpa eius, qui vim intulit, & condemnatus est, perit: in hoc casu a rei condemnatione ideo relaxabitur, si intra tempus iudicium actionis moriatur, quia tripli, & a propter facinus satis facere cogitur. Pro eo autem, qui in fugam esse dicitur, cautio ab eo extorquenda est, quatenus & persolvatur, & omnimodo eum restituatur; nihilominus in rem, vel ad exhibendum, vel in qua alia ei competit actio ad eum recipiendum, integra ei, qui vim passus est, servabitur: ita ut, si dominus eum quoquo modo receperit, is, qui ex stipulatione convenit, exceptione tutus fiat. Haec si post condemnationem, si autem ante sententiam homo sine dolo malo, & culpa mortuus fuerit, tenetur. Et hoc sit his verbis edicti, neque ea res arbitrio iudicis restituetur. Ergo, si in fuga sit servus sine dolo malo, & culpa eius, cum quo agitur: cavendum est per iudicem, ut eum servum persecutus reddat. Sed & si non culpa ab eo quo cui agitur, aberit, tamen peritura res non fuit, si metum non adhibuisse, tenetur res, sicut in interdicto unde vis, vel quod vis, aut clam observatur. Itaque interdum hominis mori, ut praetium recipit, qui eum veniens fuit, si vim passus non esset.

12. Quis vim intulit, cum possessionem a me sit consecutus, sur non est: quamvis qui vi rapuit, sur improbius esse videatur, ut Iuliano placet. 13. Eum, qui metum fecit, & de dolo teneri certum est, & ita Pomponius, & consimili alteram actionem per alteram exceptione in factum opposita. 14. Iulianus ait, quod interest, quadrupli, solum, & ideo eum, qui ex causa fidei commissi quadrupla debebat, si recentia promiserit per vim, & soluerit, ducentorum, sexaginta quadruplum consecuturum. in his enim eum effectum vim passus est.

15. Secundum haec, si plures metum adhibuerint, & unus sit cum convenit: si quidem sponte rem ante sententiam restituerit, omnibus liberat fuit. sed & si id non fecerit, sed ex sententia quadruplum restituit, verum est etiam sic perini aduersus eas ceteros metus causa actionem.

15. Paulus libro 13. ad Edictum.

At in id dabitur aduersus ceteros actio, quod aminis ab illo exactum sit.

16. Ulpianus libro 11. ad Edictum.

Quod diximus, si plures metum admiserint: idem dicendum est, & si ad alium res peruenit alter metum adhibuit. 1. Sed si servus metum adhibuerit, noxalis quidem actio ipsorum nomine erit: poterit autem quis dominum, ad quem res peruenit, convenire: qui convenit sine rem sine (sicut dictum quod iam dictum est) quadrupli praestiterit, proderit & servus. Si vero noxali convenit, malherit noxae dedit: nihilominus iure poterit conveniri, si ad eum res peruenit. 2. Haec actio heredi, ceterisque successores datur: quoniam rei habet perfectionem. In haec autem, & ceteros in id, quod peruenit ad eos, datur non in merito. licet enim poena ad heredem non transeat, tamen quod turpiter, vel scelere gestum est, ut est & restitutum ad compendium heredis non debet pertinere.

17. Paulus libro 1. Quaestionum.

Videamus ergo, si heres, ad quem aliquid pervenerit, consumpsit id, quod peruenit, desinat teneri; an vero sufficit semel pervenisse.

si consumpto eo decefferit, verum aduersus heredem eius omnimodo competit actio, quoniam hereditariam suscepit obligationem: an non sit danda, quoniam ad secundum heredem nihil peruenit et melius est, omnimodo competere in heredem heredis actionem: sufficit enim semel peruenisse ad proximum heredem: & perpetua actio esse cepit, alioquin dicendum erit nec ipsius, qui consumpsit, quod ad eum peruenit teneri.

18. Iulianus libro sexagesimo quarto Digestorum

Si ipsa res, quae ad alium peruenit, interit: non esse lucuptiorem dicemus: si vero in pecuniam, aliamve rem conuersa sit: nihil amplius quaerendum est, quis exitus sit, sed omnimodo locuples factus videtur, licet postea deperdat. Nam & Imperator Titus Antoninus Claudio Frontino de pretiis rerum hereditariarum rescriptis, ob id ipsum peti ab eo hereditatem posse, quia licet res quae in hereditate fuerant, apud eum non sint: tamen pretium earum, (quod) locupletem cum vel saepius mutata specie faciendis, perinde obligat, ac si corpora ipsa in eadem specie mansissent.

19. Gaius libro 4. ad Edictum Praeuiuale

Quod autem in heredem eatenus pollicetur actionem proconsul, quatenus ad eum peruenit, intelligendum est ad perpetuum dandam actionem pertinere.

20. Ulpianus libro undecimo ad Edictum. Quamquam autem ad heredem peruenit, litis contentat tempore spectabitur: si modo certum sit aliquid peruenisse. Idem & ipsius, qui vim intulit, si sic in corpus patrimonij peruenit aliquid, ut certum sit ad heredem perueniturum: id est si debitor liberatus est.

21. Paulus libro undecimo ad Edictum. Si mulier contra patronum suum ingrata facta, sciens se ingrata, cum de suo statu periclitabatur, aliquid patrono dederit, vel promiserit, ne in seruitute redigatur: cessat edictum, quia hunc sibi metum ipsa infert.

1. Quod metu causa gestum erit, nullo tempore praetor ratum habebit. 2. Qui possessio nem non sui fundi tradidit: non quanti fundus, sed quanti possessio est eius quadruplum, vel simplicium cum fructibus consequetur, restitatur enim quod restitui oportet, id est, quod abest: (abest) autem nuda possessio cum suis fructibus, quod & Pomponius. 3. Si dos metu promissa sit, non puto nasci obligationem: quia est verissimum, nec talem promissionem dotis ullam esse.

4. Si metu coactus sum ab emptione, locatione discedere: videndum est, an nihil sit acti, & antiqua obligatio remaneat: an hoc simile sit acceptilationi, quia nulla ex bonae fidei obligatione possimus nisi, cum finita sit, dum amittitur, & magis est, ut similis species acceptilatione sit: & ideo praetoria actio nascitur.

5. Si metu coactus adij hereditatem: puto me heredem effici, quia quamuis, si liberum esset, noluissem, tamen coactus volui, sed per praetorem restituendus sum, ut abstinendi mihi potestas tribuatur. Si coactus hereditatem repudiam, duplici via praetor mihi succurrit: aut vires actiones, quae si heredi dando, aut actionem metu causa praestando: ut quam viam ego elegerim, haec mihi pateat.

22. Paulus libro primo Sententiarum. Vi in carcerem quem detulit, ut aliquid ei extorqueret: quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est.

23. Ulpianus libro quinto Opiniorum

Non erit verissimile, compulsus in vrbe iniuriam habere, vel honorarium in stipulatum de datione acceptilatione, vel alio modo subterfuge de dolo expetiri non poterit, quoniam habuit aliam actionem

potestate praedictum, qui utique vim eum pati prohibuit. Ita huiusmodi praesumptioni debet a-pertissimas probationes violentiae opponere.

1. Si iusto in eo perterritus cognitionem, ad quam ut vincas iret, potes aduersarius minabatur, id, quod habere licebat, compulsius vendidit: res suae aequitatem per praesentem prouinciae, restituitur. 2. Si teneretur iucunditer custodiendo athletam, & a certaminibus prohibendo cauere compulerit ultra quantitatem debite pecuniae: his probatis, competens iudex rem suae aequitati restitui decernat.

3. Si quis, quod aduersarius non decebat, de legante eo, per vim apparitione praesentis interueniente, sine notione iudicis coactus ut daretur, inciviliter extorta restitui ab eo, qui rei damnum iniuste intulerit, iubet. Quod si debitor factus in simplici iustione, & non cogitatione habita: quomodo non extra ordinem exactionem fieri, si iustitiam oportuit: tamen quae solutio debitorum ab ea quantitatum profecerunt, reuocare inciuile est.

DE DOLO MALO.

TIT. III.

Ulpianus libro undecimo ad Edictum

Hoc edicto praetor aduersus varios & dolosos, qui aliis offenerunt calliditate quidam subueniunt: ne vel illis malitia sua sit lucrosa, vel illis simplicitas damnoosa. 1. Verba autem edicti talia sunt: Quae dolo malo facta esse videantur, & de his rebus alia actio non erit, & ipsa causa esse videbitur, iudicium dabo. 2. Dolus malus seruus quidem ita definitur, machinationem quandam, alterius decipiendi causam: cum aliud simulatur, & aliud agitur. Labeo autem, posse & sine simulatione id agi, ut quis circumueniatur: posse & sine dolo malo aliud agi, aliud simulari: sicuti faciunt, qui per eiusmodi dissimulationem deseruiant, & tuentur vel sua, vel aliena. Itaque ipse sic definit, dolum malum esse omnem calliditatem & fallaciam, machinationem ad circumueniendum, & fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Labeonis definitio vera est. 3. Non fuit autem contentus praetor dolum dicere, sed adiecit malam: quoniam veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant: maxime si aduersus hostem, latronemve quis machinetur. 4. Ait praetor, si de his rebus alia actio non erit. Merito praetor ita denum hanc actionem pollicetur, si alia non sit: quoniam famosa actio non temere debuit a praetore decerni, si sit civilis, vel honoraria, quae possit experiri. Vtque adeo, ut & Pedius libro octavo scribat: etiam si interdum sit, quo quis experiri, vel exceptio, qua se tueri possit: cessare hoc edictum. Idem & Pomponius libro vicesimo octavo, & adiecit: & si stipulatione tutus sit quis, cum actione de dolo habere non posse: vixit si de dolo stipulatum sit.

4. Idem Pomponius ait: & si actionem in nos dari non oporteat: veluti si stipulatio tam turpis dolo malo facta sit, ut nemo daturus sit ex ea actionem: non debere laborare, ut habeam de dolo malo actionem: cum nemo sit aduersus me daturus actionem. 5. Idem Pomponius refert Labeonem, existimare, etiam si quis in integrum restitui possit, non debere ei hanc actionem competere. & si alia actio tempore finita sit, hanc competere non debere: sibi imputaturo eo, qui agere superfedidit nisi in hoc quoque dolum malus admittitur, ut tempus exiret. 6. Si quis, cum actionem civilem haberet, vel honorariam in stipulatum de datione acceptilatione, vel alio modo subterfuge de dolo expetiri non poterit, quoniam habuit aliam actionem

actionem: nisi in amittenda actione dolum malum passus est. 7. Non solum autem, si aduersus eum sit alia actio, aduersus quem de dolo quaeritur, sed et ab eo res seruari poterit.

Ulpianus libro undecimo ad Edictum

Non habet hoc edictum locum: verum etiam si aduersus alium.

Paulus libro vnderimo ad Edictum

Actio vel si ab alio res mihi seruari potest.

Ulpianus libro undecimo ad Edictum

Deoque si quis pupillus a Titio tutore auctore insolente, circumscriptus sit: non debere eum de dolo actionem a tuerto Titium habere, cum habet tutelae actionem, per quam consequatur, quod a tutore sit. Plane si tutor solvendo non sit: dicendum erit, de dolo actionem dari ei.

6. Gaius libro quarto ad Edictum Praeuiuale

Nam si nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam aduersarij inanis actio est.

Ulpianus libro undecimo ad Edictum

Eleganter Pomponius haec verba, Si alia actio non sit, sic ex ipso, si res alio modo ei, et quem ea res pertinet, salua esse non potest, videtur huius sententiae aduersarij, quod tu-

liao libro quarto scribit: si minor annu viginti annorum, consilio serui circumscriptus, eum vendidit: tunc circumscriptus, quae eum circumscriptus, dedit: tunc alia actio de dolo actionem. hoc enim si circumscriptus, aere dolo emptorem, ex emptione non potest esse nullam esse venditionem, si in hoc ipso, ut vendit, circumscriptus est, & quod non circumscriptus, non inducit in integrum restitutionem: cum aduersus manumissum nulla in integrum restitutio potest locum habere. 1. Secundo quoque si pupillus a Titio insolente, eius circumscriptus, circumscriptus, esse de dolo actionem. 2. Pomponius autem, etiam si popularis actio sit, esse de dolo actionem. 3. Non solum autem si alia actio non sit, sed & si dubitetur, an alia sit, puto Labeo de dolo dandam actionem, & adferre talem speciem: Quae si pupillo mihi debet, vel ex venditione, vel ex stipulatione, venenum ei dedit, & si rami tradidit, vel si undam, & diu dedit, imponit ei seruitutem, vel adificia diruit, arbore cadidit, vel extirpauit: tunc Labeo, siue casit de dolo, siue non, dandam in eum de dolo actionem. quae nunc, si cauit, dubium est, an competat ex stipulatione actio, sed est verius, si quidem de dolo cautum est, cessare actionem de dolo: quoniam est ex stipulatione actio si non est, & cautum in ex empto quidem actione cessat de dolo actio: quoniam est ex empto: in ex stipulatione, de dolo actio necessaria est. 4. Si seruum vitarium proprietarius occidit: legis Aquiliae actio, & ad exhibendum accidit: si possidens proprietarius occidit: deoque cessat de dolo actio.

5. Item si seruum legatum heres ante aditam hereditatem occiderit: quoniam prius quam factus sit legatarij, interemptus est, cessat legis Aquiliae actio, de dolo autem actio, quo, umque tempore eum occiderit, cessat: quia ex testamento actio competit. 6. Si quadrupes tua, dolo alterius, damnnum mihi dederit, quaeritur, an de dolo habeam aduersus eum actionem, & placuit mihi, quod Labeo scribit: dominus quadrupedis non sit solvendo, dari debere de dolo, quamuis si noxae dedit sit secuta non puto dandam nec in id, quod excedit. 7. Idem Labeo quaerit: si compeditum seruum meum, ut fugeret solueris: an de dolo actio danda sit, & ait: Quomodo apud eum notans: non miseret cordia dicitur fecit, tunc teneris: si misericordis, tu factum ad nocuum dari debet.

8. Quis adfirmavit minimam esse hereditatem, & ita eam ab herede emitto: est de dolo actio, cum ex vendito sufficit. 2. Si autem mihi peruenisset, ut repudiam hereditatem, quasi minus solvendo sit, vel ut optem seruum, quasi melior est in familia, non iudico de dolo dandam, si callide hoc feceris. 3. Item si tabulae testamenti, ne de inofficioso diceretur, diu suppressa sint: mox mortuo filio prolatae: heredes filij aduersus eos, qui suppresserunt, & lege Cornelia, & de dolo postea experiri. 3. Labeo libro trigentesimo septimo posteriorum scribit.

9. Ulpianus libro undecimo ad Edictum

Si oleum tuum, quasi suum defendat Titius, & tu hoc oleum deposueris apud Seium, ut is hoc venderet & pretium seruares, donec inter vos de iudicetur, cuius oleum esset, neque Titius velis iudicium accipere: quoniam neque mandati, neque sequitratia Seium conuenire potes, non enim impleta condicione depositionis, de dolo aduersus Titium agendum. Sed Pomponius libro vicesimo septimo, posse cum sequente praescriptis verbis actione agi, vel, si is solvendo non sit, cum Titio de dolo, quia distinctio vera esse videret. 4. Ex si seruum pignoratim noxae mihi dederis per iudicem, & ita Absolutus: de dolo teneris, si apparuerit esse eum pignori datum. Haec de dolo actio noxalis est. Ideo Labeo quoque libro trigentesimo praetoris peregrini scribit, de dolo actionem serui, nomine interdum de peculio, interdum noxalem dari: nam si ea res est, in quam dolum commissus est, ex qua de peculio tenetur actio: & nunc in peculio dandam, si vero ea sit, ex qua noxalis: hoc quoque noxale futurum. 5. Merito causae cognitionem praetor inferuit, neque enim passim hae actio indulgenda est, cum ecce in primis si modica summa sit.

8. Quis adfirmavit minimam esse hereditatem, & ita eam ab herede emitto: est de dolo actio, cum ex vendito sufficit. 2. Si autem mihi peruenisset, ut repudiam hereditatem, quasi minus solvendo sit, vel ut optem seruum, quasi melior est in familia, non iudico de dolo dandam, si callide hoc feceris. 3. Item si tabulae testamenti, ne de inofficioso diceretur, diu suppressa sint: mox mortuo filio prolatae: heredes filij aduersus eos, qui suppresserunt, & lege Cornelia, & de dolo postea experiri. 3. Labeo libro trigentesimo septimo posteriorum scribit.

9. Ulpianus libro undecimo ad Edictum

Si oleum tuum, quasi suum defendat Titius, & tu hoc oleum deposueris apud Seium, ut is hoc venderet & pretium seruares, donec inter vos de iudicetur, cuius oleum esset, neque Titius velis iudicium accipere: quoniam neque mandati, neque sequitratia Seium conuenire potes, non enim impleta condicione depositionis, de dolo aduersus Titium agendum. Sed Pomponius libro vicesimo septimo, posse cum sequente praescriptis verbis actione agi, vel, si is solvendo non sit, cum Titio de dolo, quia distinctio vera esse videret. 4. Ex si seruum pignoratim noxae mihi dederis per iudicem, & ita Absolutus: de dolo teneris, si apparuerit esse eum pignori datum. Haec de dolo actio noxalis est. Ideo Labeo quoque libro trigentesimo praetoris peregrini scribit, de dolo actionem serui, nomine interdum de peculio, interdum noxalem dari: nam si ea res est, in quam dolum commissus est, ex qua de peculio tenetur actio: & nunc in peculio dandam, si vero ea sit, ex qua noxalis: hoc quoque noxale futurum. 5. Merito causae cognitionem praetor inferuit, neque enim passim hae actio indulgenda est, cum ecce in primis si modica summa sit.

10. *Paulus libro 11. ad Edictum.*
Id est usque ad duos aureos.
 11. *Ulpianus libro 11. ad Edictum.*
Non debet dari. 1. Quibusdam personis non dabitur usque ad duos aureos. Sed nec humili aduersus eum qui dignitate excellere debent dari puta plebeio aduersus consularem recepta auctoritate: vel luxurioso, atque prodigo, aut alias vili aduersus hominem vitæ emendatoris. Et ita Laber. Quid ergo est? in horum persona dandum est in actum de his temperandam actionem dandam, ut bonæ fidei memento fiat.

12. *Paulus libro 11. ad Edictum.*
Nex ex dolo suo lucretur.
 13. *Ulpianus libro 11. ad Edictum.*
Huerus heredes de dolo actio erit danda.
 1. Item in causa cognitione variari. L. beo ait, ne in pupillum de dolo detur actio, nisi forte nomine hereditario conueniatur. Ego arbitror, & ex suo dolo conueniendum, si proxima pubertate est: maxime si locupletior ex hoc factus est.

14. *Paulus libro 11. ad Edictum.*
Quid enim si inperituerat a procuratore petitoris, ut ab eo absolueretur: vel si de iure inuentus, pecuniam accepit, vel alia similia admisit, quæ non magnam machinationem exigant?

15. *Ulpianus libro 11. ad Edictum.*
Sed & ex dolo tutoris, si factus est locupletior, puto in eum dandam actionem, sicut exceptio datur. 1. Sed, an in municipes de dolo detur actio, dubitatur. Et puto ex suo quidem dolo non posse dari: quidem enim municipes dolo facere possunt. sed si quid ad eos peruenit ex dolo eorum, qui res eorum administrant: puto dandam. De dolo autem decurionum in ipsos decuriones datur de dolo actio.
 2. Item si quid ex dolo procuratoris ad dominum peruenit, datur in dominum de dolo actio, in quantum ad eum peruenit. nam procurator ex dolo suo procul dubio tenetur.
 3. In hac actione designari oportet, cuius dolo factum sit: quantum in metu non sit necesse.

16. *Paulus libro 11. ad Edictum.*
Item exigit prætor, ut comprehendatur, quid dolo malo factum sit, scire enim debet actor, in qua re circumscriptus suæ nec in tanto crimine vagari.

17. *Ulpianus libro 11. ad Edictum.*
Si plures dolo fecerint, & vnus restituerit, omnes liberantur, quod si vnus, quanti ea res est, præstiterit: puto adhuc ceteros liberari.

18. *Paulus libro 11. ad Edictum.*
Arbiterio iudicis in hac quoque actione restitutio comprehenditur: & nisi sit restitutio, sequitur condemnatio, quanti ea res est. Ideo autem & hic, & in metus causa actione, certa quantitas non adicitur, ut possit per circumuersionem suam tantum reus condemnari, quanti datur in litem iurauerit. Sed officio iudicis debet in vtriusque actione, taxatione iustitiam refrenari. 1. Non tamen semper in hoc iudicio arbitrio iudicis dandum est. quid enim, si manifestum sit, restitui non posse veluti si ferus dolo malo traditus, defunctus sit: ideoque proximus condemnari debeat in id, quod interfuit actoris. 2. Si dominus proprietatis insulam, cuius usufructus legatus erat, vendidit, non est de dolo actio, quoniam aliter ex

hoc oriuntur actiones. 3. De eo qui sciens commodalet pondera, ut venditor emptori, necesse adpendere, Trebatius de dolo dabit actionem. Atque in si maiora pondera commodalet: id quod amplius meritis datum est, repeti conditione potest: si minor: ut reliqua merx detur, ex emptio agi potest. nisi si ea conditione merx veniat, ut illis ponderibus tradatur: cum ille de cipiendi causa adhibisset se æqua pondera habere.

4. Dolo cuius effectum est, velis temporibus legitimis tractatis perat, Trebatius ait de dolo dandum iudicium, non ut arbitrio iudicis res restituatur, sed ut quantum actor consequatur, quanti eius interfuerit ad non esse factum: ne aliter obseruantibus, lex circumseribatur. 5. Si feruus quem tu nulli promiseras alius occiderit, de dolo malo actionem in eum dandam perierit: recte putat: quia tu a me liberatus sis. Ideoque legis Aquilæ actio tibi denegabitur.

19. *Papinianus libro 37. Quæstionum.*
Si fideiutor promissam animam hanc eorum ceciderit: de dolo actionem reddi aduersus eum oportere Neratius Paulus, & Iulianus responderunt: quoniam debitor liberato, per consequentiam ipse quoque dimittitur.

20. *Paulus libro 11. ad Edictum.*
Seruus tuus, cum tibi deberet, nec soluendo esset, si horum tu pecuniam a pupillo a me accepit, & tibi soluit. Laqueus a, de dolo malo actionem in te dandam: quia nec de periculis tuis sis, cum in pecunia nihil sit, nec in rem domini verum videatur, cum ob debitum dominus accepit. 1. Si perfraseris mihi, nullam societatem tibi fuisse ea eo, cui heres sum: & ob id iudicio absolui te passus sum: dandam mihi de dolo actionem Iulianus scribit.

21. *Ulpianus libro 11. ad Edictum.*
Quod si defertente me inueneris, & absolutus sis, postea perursum fuerit adprobatur: Laber ait de dolo actionem in eum dandam. Pomponius autem per iustitiam dandam videri, quia sententiam & Marcus libro octavo Digestorum probat. stari enim religioni debet.

22. *Paulus libro 11. ad Edictum.*
Nam si sic perursum fuerit, puto.

23. *Gaius libro 4. ad Edictum Provinciale.*
Silegatus, cui supra modum legis Falcidie legatum est, heredi adhuc ignoranti substantiam hereditatis vitio iurando, vel quadam alia fallacia, perfraserit, tamquam satis abunde: ad solida legata soluenda sufficiat hereditas, atque eo modo solida legata fuerit coniectum: datur de dolo actio.

24. *Ulpianus libro 11. ad Edictum.*
Si dolo acciderit eius, qui verba faciebat pro eo qui de libertate contendebat, quo minus presentate aduersario secundum libertatem pronuncietur: puto statim de dolo dandam in eum actionem: quia vel pro libertate dictam sententiam retrahere non oportet.

25. *Paulus libro 11. ad Edictum.*
Cum a te pecuniam peteres, eorum nomine iudicium acceptum est: salo mihi perfraseris, & tuam eam pecuniam seruo meo, aut procuratori soluisse: eoque modo consecutus es, ut consentiente me absolueris, quantibus nobis, an in te doli iudicium dari debeat, placuit de dolo actionem non dari: quia alio modo mihi succurrere potest. nam ex integro agere possunt, & si obiciatur exceptio rei iudicatæ, replicatione iure uti poterit.

26. *Gaius libro 4. ad Edictum Provinciale.*
In heredem extenuis daturus se ea actione prococeptus pollicetur, quatenus ad eum peruenierit: id est quatenus ex ea re locupletior ad eum hereditas uenerit.

27. *Paulus libro 11. ad Edictum.*
Dolove malo eius factum est, quo minus peruenit.

28. *Gaius libro 4. ad Edictum Provinciale.*

Itaque si accepto lata sit tibi pecunia omnimodo. Item herede tuo agatur. At si res tibi tradita sit, si qualem mortui te ea res exstitit agatur cum herede tuo: si minus, una agatur. Sed vique in herede perpetuo dabitur: quia non debet lucrari ex alieno dampno. Cui contentus est, ut in ipso, qui dolo commisit, in id, quod locupletior esset perpetuo danda sit in factum actio.

29. *Paulus libro undecimo ad Edictum.*
Sabinus putat, calculi ratione potius quam maleficij, heredem conueniri: demque famosum non esse, adeoque in perpetuum teneri oportere.

30. *Ulpianus libro undecimo ad Edictum.*
Neque causæ cognitio in heredis persona erit necessaria.

31. *Petalsus libro secundo Epistularum.*
Cum quis perfraserit famulæ suæ, ut de possessione decedat: possessio quidem non amittitur, sed de dolo malo iudicium in eum competit, si quid decedat mihi accesserit.

32. *Sextus libro secundo Digestorum.*
Filius legatum sibi sortum per preceptionem, rogatus manumittere post certum tempus, postea in rationes ipsi, & coheredibus fratribus reddidisset, ante diem, & ante equalitas ratione, ad libertatem vindicta manumittere se perduxit. quæ sit est, an ex fidei commissis fratribus tenetur, ut ratio res eorum pro portionibus redderet. Respondi, cum liberum fecisset, ex causa quidem fidei commissi non teneri: verum, si ideo propter sortum manumittere, ne rationes fratribus redderet, post de dolo actionem in eum exercere.

33. *Ulpianus libro quarto Opinonum.*
Res, quam venalem possessor habebat, licet propretarius aduersarius mouere coepit, & postea quum oportunitatem emptoris, cui vendari potuit peruenit, desistit, placuit, possessori hoc nomine actionem in factum cum sua indemnitate competere.

34. *Idem libro 42. ad Sabinum.*
Si cum mihi permissis saxum ex fundo tuo elece, vel cretam, vel harenam fuderis, & sumptus in hac rem feceris, & non paratis me tollere: nulla alia, quam de dolo malo, actio locum habebit.

35. *Idem libro 11. ad Edictum.*
Si quis tabulas testamenti apud se depositas, post mortem testatoris deleuit, vel alio modo corrupit: nec scriptis habuit aduersus eum actionem de dolo. Si d. & his, quibus legata data sunt, danda est de dolo actio.

36. *Marcianus libro 1. Reg. Iuratum.*
Si de dolo malo feceris, iuramentum de dolo non agitur.

37. *Ulpianus libro 42. ad Sabinum.*
Quod venditor, ut commendet, dicit: sic habet. Nam, quasi neque dictum, neque promissum est. Si vero decipiendi emptoris causa dictum est: quæ sic habendum est, ut non nascatur aduersus dictum, promissumve actio, sed de dolo actio.

38. *Idem libro quinto Opinonum.*
Quidam debitor epistulam quasi a Titio mitti creditori suo fecerat, ut ipse liberetur. hac epistula creditori decipitur, Aquiliana stipularioque, & accipulatione liberavit debitorem. postea epistula falsum, vel inani reperta, creditor maior quo dem annis viginti quinque de dolo habebit actionem, minor autem in integrum restituetur.

39. *Gaius libro 27. ad Edictum Provinciale.*
Sabinus in hoc, ut alius usufructuarius, & iudicatum solui. Cui desideris: quia nunc absolutus sis, de dolo malo tamen teneberis. Et ita Sabinus placet.

40. *Festus Antiquus libro primo ad Edictum.*

Is, qui decepit aliquem, & hereditatem non idoneam adiret, de dolo tenebitur: nisi, fortasse ipse creditor erat, & solus erat: tunc enim sufficit contra eum doli mali exceptio.

DE MINORIBVS VIGINTI, quinque annis, TIT. III.
Ulpianus libro undecimo ad Edictum.

Hoc edictum prætor naturalem æquitatem secutus, nam cum inter omnes constat, fragile esse, & infirmum huiusmodi ætatum consilium, & multis captationibus suppositum, multorum insidijs expostum: auxilium eis prætor hoc edicto pollicitus est, & aduersus captiones opulationem. 1. Prætor edicit: quod cum minore, quam viginti quinque annis, natu gestum esse dicitur: vix queque res est, anim aduertam. 2. Apparet minoribus annis viginti quinque cum opem polliceri, nam post hoc tempus compleri virilium vigorem constat. 3. Et ideo hodie in hanc usque ætatem adulescentes curatorum auxilio reguntur, nec ante rei iux administratio eis committi debet, quamuis bene rem suam gerentibus.

1. *Idem libro nonodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

Nec per liberos suos rem suam maturius a curatoribus recipiat, quod enim legibus cauetur, ut singuli anni per singulos liberos demittantur, ad honores pertinere Diuus Seuerus ait, non ad rem suam recipiendam.

2. *Idem libro undecimo ad Edictum.*

Denique Diuus Seuerus, & Imperator noster huiusmodi consulum, vel præsidum decreta quasi ambigua esse interpretati sunt. ipsi autem petraro minoribus rerum suarum administrationem, extra ordinem indulserunt, & eodem iure viuunt.

3. Si quis cum minore contraxerit, & contractus incidit in tempus, quo maior efficitur: vitium initium spectamus an finem? & placet, (ut est & constitutum) si quis maior factus conprobauerit, quod minor gesserat, restitutionem cessare. Unde illud non ineliganter Celsus epistularum libro undecimo, & digestorum secundo tractat, ex facto a Flauio Respecto prætoris consulum: Minor annis viginti quinque, anno forte viginti quattuor agens, iudicium tutelæ heredi tutoris distulerat, mox factum, ut non finitio iudicio, iam eo maiore effecto viginti quinque annis, tutoris heres absolutus proponeretur, in integrum restitutio desiderabatur. Celsus igitur Respecto iustitiam, non facile hunc quondam minorem in integrum restituit: sed si ea probaretur, calliditate a iustitiam id adu, ut maiore eo factus liberaretur, neque enim extremo, inquit, iudicij, die videtur solui deceptus. hic minor: sed totum hoc stratum, ut maiore eo factus liberaretur. Item tamen consistit, si lenior sit suspicio aduersarij, quasi dolose versati, non debere hanc in integrum restitui. 2. Scio etiam illud aliquando incidisse: Minor viginti quinque annis miscuerat se paternæ hereditati: maior factus exegerat aliquid a debitoribus paterni: mox desiderabat restitui in integrum, quo magis abstineret paternæ hereditatæ, contradicebatur ei, quasi maior factus comprobasset, quod minori sibi placuit, putauimus tam restituum in integrum, initio inspecto. Idem puto, & si alienam addidit hereditatem. 3. Minorem autem viginti quinque annis natum, videndum, an etiam diem natalis sui adhuc dicimus, ante horam, quæ natus est, ut si captus sit, restituitur. & cum nondum compieuit, ita erit dicendum ut a momento in momentum tempus spectetur. Proinde & si huiusmodi natus est: siue priore, siue posteriore die, Celsus scripsit, nihil referre, nam id biduum pro vno dicitur.

habeat, & posterior dies kalendaram intercalatur. 4 ¶ Sed utrum solis patribus familiarum, an etiam filijs familiarum succurri debeat, videndum. Moverit dubitationem quod, si quis dixerit etiam filijs familiarum in re peculiari subueniendum, efficiat, ut per eos etiam maioribus subueniatur, id est patribus eorum: quod nequaquam fuit pratori propositum: prator enim minoribus auxilium promittit, non maioribus. Ego autem verissimam arbitror sententiam existimantium, filium familias minorem annis in integrum restitui posse ex his solis causis, quae ipsius intersint: puta si sit obligatus. Proinde si iussu patris obligatus sit: pater utique poterit in solidum conveniri: filius autem (cum & ipse possit vel in potestate manens conveniri: vel etiam emancipatus, vel hereditatus, in id, quod facere potest: & quidem in potestate manens, etiam iussu patris, ex condemnatione conveniri) auxilium impetrare debebit, si ipse conveniatur. Sed an hoc auxilium patri quoque proficiat, ut solet interdum fideiussori eius prodelle, videamus, & non putamus profuturum. Si igitur filius conveniatur, postulet auxilium: si patrem conveniat creditor, auxilium cessat, excepta mutui datione: in hanc enim, si iussu patris mutuum pecuniam accepit, non adiuvatur. Proinde & si sine iussu patris contraxit, & captus est: si quidem pater de peculio conveniatur, filius conveniatur, poterit restitui. Nec eo movemur, quasi intersit filij peculium habere. magis enim patris, quam filij intersit: licet aliquo casu ad filium peculium spectet: ut puta si patris eius bona a fisco propter debitum occupata sunt: nam peculium ei ex constitutione Claudij separatur. 5 ¶ Ergo etiam filius familias in dote captam, dum patri consentit stipulam dotem non statim, quam delit, vel adhibenti aliquenti, qui dotem stipularetur, puto restituentem, quoniam dote ipsius filij proprium patrimonium est. 6 ¶ Si quis minor v. quinquaginta annis adrogandum se dedit, & in ipsa adrogatione se circumventum dicat: (singe enim a praetore eum hominem locupletem adrogatum) dico debere eum iudici in integrum se restituentem. 7 ¶ Si quid minori fuerit filiofamilias legatum post mortem patris, vel fideicommissum relictum, & captus est, forte dum consentit patri pacifcenti, ne legatum petereur: potest dici, in integrum restituentem: quoniam ipsius interest propter speciem legati, quod ei post mortem patris competat. Sed & si ei legatum sit aliquid, quod personae eius cohaeret, puta ius militiae: dicendum est, posse eum restitui in integrum: interluit enim eius non capi, cum hanc patri non acquireret, sed ipse haberet. 8 ¶ Et si heres sit institutus, si a patre in diebus centum sit emancipatus, mox patrem debuerit certiorare, nec fecerit, cum posset, qui eum emancipasset, si cognovisset: dicendum erit, posse eum restitui in integrum, parato patre cum emancipare. 9 ¶ Pomponius adicit, ex his causis, ex quibus in re peculiari filijfamilias restituuntur, posse & patrem, quasi heredem nomine filij, post obitum eius, impetrare cognitionem. 10 ¶ Si autem filius familias sit, qui castrensium peculium habeat: proculdubio ex his, quae ad castrensium peculium spectant, in integrum restituentem erit: quasi in proprio patrimonio captus. 11 ¶ Servus autem minor annis viginti quinque nullo modo restitui poterit: quoniam domini persona spectatur, qui sibi debet imputare, cur minori rem commisit. Quare & si per impuberem contraxerit, idem erit dicendum: ut & Marcellus libro secundo digestorum scribit. Et si forte libera peculij administratio minori seruo sit concessa, maior dominus ex hac causa non restituetur.

4. Atilianus libro septimo quaestionum

¶ Tenim quocumque servus ita gerit, voluntate domini gerere intelligendus est, & magis

hoc apparebit, si aut de infistoria adione quaeratur, aut si proponatur maioris annis viginti quinque, negotium aliquod gerendum minori mandasse, & illum in ea re deceptum esse.

5. Ulpianus libro undecimo ad Edictum ¶ Si tamen is servus fuit, cui fideicommissaria libertas debebatur praesens, & fuit captus, cum remora ei sit: poterit dici, praetorem ei succurrere oportere.

6. Idem libro decimo ad Edictum

M inoribus viginti quinque annis subuenitur per in integrum restitutionem, non solum cum de bonis eorum aliquid iniungitur, sed etiam cum intersit eorum litibus, & sumptibus non vexari.

7. Idem libro undecimo ad Edictum

A t praetor gestum esse dicitur, gestum sit accipimus, qualiter qualiter sine contractu sit, sine quid aliud contingit. 1. ¶ Proinde si emit aliquid, si vendidit, si societatem coegit, si mutuum accepit, & captus est, ei succurritur. 2. ¶ Sed & si ei pecunia a debitore paterno soluta sit, vel proprio, & hanc perdidit: dicendum est, ei subueniri, quasi gestum sit cum eo. Et ideo si minor conveniat debitorem, adhibere debet curatorem, ut ei solvatur pecunia: ceterum non ei compellitur solvere. Sed hoc die solet pecunia in aedem deponi: ut Pomponius libro vicesimo octavo scribit) ne vel debitor ultra usuris oneretur, vel creditor minor perdat pecuniam: aut curatoribus solvis, sunt. Permittitur etiam ex constitutione principum debitori, compellere adulescentem ad petendos sibi curatores. Quid tamen, si praetor decernat solvendum pecuniam minori sine curatoribus, & soluerit: an possit esse securus, dubitari potest. Puto autem, si allegans minorem esse, compulsus sit ad solutionem, nisi forte, quasi aduersus iniuriam, appellandum, quis ei puer. Sed credo praetorem, hunc minorem in integrum restitui volentem, audiri non esse. 3. ¶ Non solum autem in his ei succurritur, sed etiam in interuentioibus: ut puta si fideiussorio nomine se, vel rem suam obligavit Pomponius autem videtur adulescere distinguuntur, arbiter ad fideiussores probandos constitutus eum probavit, an vero ipse aduersarius. mihi autem semper succurrendum videtur, si minor sit, & se circumventum doceat. 4. ¶ Sed & in iudiciis subuenitur: siue, dum agitur, siue, dum convenitur, captus sit. 5. ¶ Sed & si hereditatem minor adijt minoribus lucrosam: succurritur ei, ut se possit abstinere: nam & hic acceptus est. Idem & in bonorum possessione, vel alia successione. Non solum autem filius, qui se miscuit paternae hereditati, sed & si aliquis sit ex necessariis minor anni: simili modo restitutionem impetrabit, veluti si servus sit cum libertate institutus: dicendum enim erit, si se miscuit, posse ei subueniri: utatis beneficio, ut habeat bonorum suorum separationem. Plane qui post aditam hereditatem restituitur, debet praestare, si quid ex hereditate in rem eius pervenit, nec perit per aetatis inbecillitatem. 6. ¶ Hodie certo iure utimur, ut & in lucro minoribus, succurratur. 7. ¶ Pomponius quoque libro vicesimo octavo scribit.

E t si sine dolo cuiusquam legatum repudiaverit, vel in optionis legato captus sit, dum legit deteriori vel si duas res promiserit, istam aut istam, & pretiosorem dederit, debere subueniri, & subueniendum est. 8. ¶ Quisquam est ex eo, quod in loco quoque minoribus subueniendum dicitur: si res eius venierit, & existat, qui plus liceat: an in integrum propter lucrum retinendus sit, & cottidie praetores eos restitunt, ut rursum admittatur licitatio. Idem facit

etiam

¶ sunt & in his rebus, quae servari eis debent. Quod circumspicere erit faciendum. Ceterum nemo, cedet ad emptionem rerum pupillarum, nec si bona fide distrahantur. Et destricte probandum est in rebus, quae fortuitis casibus subiectae sunt, non esse minori aduersus emptorem succurrendum: nisi aut sordes, aut evidens gratia tutorum, siue curatorum doceatur. 9. ¶ Restitutus autem, cum se hereditati miscuit, vel eam adeat, quam repudiavit, nullus restitui poterit, ut se abstineat. & hoc & rescriptum, & responsum est. 10. ¶ Sed quod Pomponius libro secundo responsum ait, minoribus restitutum servum necessarium, repudiante quidem hereditatem minore, necessarium fore, & si fuerit restitutus minor liberum nihilominus remanere, si autem prius minor adijt hereditatem, mox ab huius est, substitutum pupillo servum cum libertate: non potest heredem existere, neque liberum esse: non per omnia verum est, nam si non est solvendo hereditas, abstinente se herede, & Divus Pius rescriptum, Imperator noster & quidem in extraneis pupillo, locum fore necessario substituto, & quod ait liberum manere, tale est, quasi non & heredes maneat, cum pupillus impetrit restitutionem posteaquam abstinens est. cum enim pupillus heredes non habet, seu vitiosas actiones habeat, sine dubio heres manebit, qui senal existit. 11. ¶ Item si non promoueat: extra aetatem, subuenitur, ut proocet: siuge enim hoc desiderare. 12. ¶ Item & in eremodiciis ei subuenitur: Constat autem omnis aetatis hominibus restitutum eremodici) praestari, si se doceant ex iusta causa afulisse.

8. Hermogenianus libro primo Iuris

M inor, etiam si quasi contumax condemnatus sit, in integrum restitutionis auxilium impetrabit.

9. Ulpianus libro undecimo ad Edictum

S i ex causa iudicati pignora minoris capta sunt, & distraha: mox restitutus sit aduersus sententiam praedictis, vel procuratoris Caesaris: videndum, an ea reuocari debeant, quae distraha sunt. nam illud certum est, pecuniam ex causa iudicati solutam ei restituendam. sed interest ipsius, corpora potius habere. & puto, interdum permittendum, id est, si grande damnum sit minoris.

¶ In dote quoque modo mulieri subuenitur, si ultra vires patrimonij, vel totum patrimonium circumscripta in dotem dedit. 2. ¶ Nunc videndum, minoribus utrum in contractibus captis dantaxat subueniatur, an etiam delinquentibus. ut puta dolo aliquid minor fecit in re deposita, vel commodata, vel alias in contractu ei subueniatur, si nihil ad eum pervenit: & praesens, in delictis minoribus, non subueniri. nec hic itaque subuenitur. Nam & si furtum fecit, vel damnum iniuria dedit: non ei subuenitur. Sed si, cum ex damno dato confiteri possit, ne dupli teneatur, mitti cogere: in hoc solum restituendus sit, ut pro confesso habeatur. Ergo & si potuit pro fure damnum decidere magis, quam actionem dupli, vel quadrupli pati, ei subuenitur. 3. ¶ Si mulier cum culpa diuertisset, vel sit subueniri: vel si maritus: puto restitutionem non habendam. est enim delictum non modicum. nam & si adulterium minor commisit, ei non subuenitur.

¶ Papinianus ait, si maior annis viginti, minor viginti quinque, se in servitutem venire patiarit: id est, si pretium participatus est: non solere restitui. sed hoc meriti: quoniam nec nec capit restitutionem, cum statum mutat. 5. ¶ Si in comitum incidisse vestigalis dicatur, erit in integrum restitutus, quod sic erit accipiendum, si non delus ipsorum interueniat. ceterum cessabit restitutio. 6. ¶ Aduersus libertatem quoque minori a

praetore subueniri impossibile est. 10. Paulus libro undecimo ad Edictum

N is si ex magna causa hoc a principe fuerit consecutus.

11. Ulpianus libro undecimo ad Edictum

V erum vel de dolo, vel vitis actio erit in id, quod minoris interfuit, non manumitti. proinde quicquid hic haberet, si non manumississet, id ei nunc praestabitur. Sed & nomine earum rerum, quas dominicas servus manumissus supprimebat competunt aduersus eum actiones ad exhibendum, & furti, & condictionis: videlicet quonia & manumissus eas contrectabat. Ceterum ex delicto in servitutem facto, domino aduersus eum post libertatem actio non competit. & hoc rescripto Divi Severi continetur. 1. ¶ Quid, si minor viginti quinque annis, maior viginti hac lege vendiderit, ut manumittatur? (ideo propositum maiorem viginti: quoniam & Scauola scribit libro quarto decimo quaestionum) & magis est, ut sententia constitutionis Divi Marci ad Aufidium Victorinum: hunc, id est minorem viginti annis, non complectatur, quare videndum, an maiori viginti annis subueniatur, & si quidem ante desideret, quam libertas competat, audietur: sin vero postea, non possit. Item quaeri potest, si is, qui emit hac lege, minor sit, an restitui possit. & si quidem nondum libertas competit, erit dicendum, posse ei subueniri: sin vero posteaquam dies venit, voluntas maioris venditoris libertatem imponit. 2. ¶ Ex facto quatum est: Adulescentes quidam acceperant curatorem Saluvianum quendam nomine: hic, cum curam adhiuistrasset, beneficio principis vrbicam procuratoriam erit adeptus: & apud praetorem se a cura adulescentium excusauerat, absentibus eis, adulescentes adierant praetorem, desiderantes in integrum aduersus eum restitui, quod esset contra constitutiones excusatus, cum enim susceptam tutelam non alij soleant deponere quam qui trans mare respublice causa abfuerint, vel hi, qui circa principem sunt occupati, ut in consiliarij Menadri Arrij persona est indultum: meruisset autem Saluianus excusationem: adulescentes, quasi capti, in integrum restitui a praetore desiderauerant. Acruis Seuerus, quia dubitabat, ad Imperatorem Seuerum reulit, ad quam consultationem successor eius Benidio Quieto rescriptis nullas partes esse praetoris: neque enim contractum proponi cum minore annis viginti quinque: sed principes interuenire, & reducere hunc ad administrationem, qui perperam esset a praetore excusatus. 3. ¶ Sciendum est autem non passim minoribus subueniri, sed causa cognita, si capti esse proponantur. 4. ¶ Item non restituetur, qui sobrite rem suam administrans, occasione damni non inconsulte accidentis, sed fato, vel lit restitui. nec enim euentus damni restitutionem indulget, sed inconsulta facilitas: & ita & Pomponius libro vicesimo octavo scripsit, Vnde Marcellus apud Iulianum notat, si minor sibi seruum necessarium comparauerit, mox decesserit, non debere eum restitui, neque enim captus est emendo sibi rem pernecessariam, licet mortalem. 5. ¶ Si locupletis heres exiit, & subit hereditas lapsa sit: (puta praedia fuerunt, quae chafmate perierunt, insule exusta sunt, serui fugerunt, aut decesserunt) Iulianus quidem libro quadragensimo sexto sic loquitur, quasi possit minor in integrum restitui. Marcellus autem Iulianum notat, cessare in integrum restitutionem: neque enim aetatis lubrico captus est aduendo locupletem hereditatem: & quod fato contingit, cuius patrifamilias, quavis diligentissimo, possit contingere. Sed haec res adferre potest restitutionem minori, si adijt hereditatem, in qua res erat multae mortales, vel praedia vrbana, & autem alienum graue: quod non prospexit posse euenire

ve. demorantur mancipia, praedia ruant; vel quod non cito distraxerit haec, quae multi casibus obnoxia sunt. 6 § Item quatuor, si minor aduersus minorem restitui desiderat, an sit audiendus. & Pomponius simpliciter scribit non restituendum. Puto autem inspiciendum a praetore, quis capius sit. proinde si ambo capti sunt, verbi gratia, minor minori pecuniam dedit, & ille perdidit: melior est causa secundum Pomponium eius, qui accepit, & vel dilapidauit, vel perdidit. 7 § Plane si minor annis est filiosa nihil maiore contraxerit: & Iulianus libro quarto digestorum, & Marcellus libro secundo digestorum scribit, posse in integrum restitui: ut magis aetatis ratio, quam senatusconsulti, habeatur.

12. Gaius libro 4. ad Edictum Praeuiuale. Si apud minorem mulier pro alio intercesserit, non est ei actio in mulierem danda, sed perinde, ac quaeceteri, per exceptionem summoueri debet: scilicet quia communi iure in priorem debitorem ei actio restituitur. haec, si solvenda sit prior debitor: alioquin mulier non videtur senatusconsulti auxilio. 13. Ulpianus libro vndecimo ad Edictum.

IN causa cognitione versabitur, vtrum soli ei succurrendum sit, an etiam his, qui pro eo obligati sunt: vtpote si fideiussoribus. itaque si, cum scirem minorem, & ei fidem non habebrem, in fideiussoris pro eo: non est aequum, fideiussori in necem meam subueniri: sed potius ipsi deneganda erit mandati actio. In summa, perpendendum erit praetori, cui potius subueniat, vtrum creditori, an fideiussori. nam minor capus neutri tenebitur. facilius in mandatore dicendum erit, non debere ei subuenire: hic enim velut adfirmator sui, & suator, ut cum minore contraheretur. Unde tractari potest: minor in integrum restitutionem vtrum aduersus creditorem, an & aduersus fideiussorem impiorare debeat. & puto tutius, aduersus vtrumque. Causa enim cognita, & praesentibus aduersariis, vel si per contumaciam desint, in integrum restitutiones perpendendae sunt.

1. Interdum autem, restitutio & in rem datur minori, id est aduersus rei eius possessorem, licet cum eo non sit contractum, vtpote rem a minore emissam, & alij vendidisti: potest desiderare interdum aduersus possessorem restitui, ne rem suam perdat, vel re sua careat. & hoc vel cognitione praetoria, vel rescissoria alienatione, dato in rem iudicio. Pomponius quoque libro vicensimo octavo scribit. Laboneum existimasse, si minor viginti quinque annis fundum vendidit, & tradidit, si emptor rursus eum alienauit: si quidem emptor sequens scit rem ita gestam, restitutionem aduersus eum faciendam: si ignorauit, & prior emptor soluendo esset, non esse faciendam: si vero non esset soluendo, aequius esse, minori succurri etiam aduersus ignorantem: quamuis bona fide emptor esset.

14. Paulus libro vndecimo ad Edictum. Plane quamdiu is, qui a minore accepit, aut heres eius idoneus sit, nihil noui constituendum est in eum, qui rem bona fide emerit. idque & Pomponius scribit.

15. Gaius libro 4. ab Edictum Praeuiuale. Sed ubi restitutio datur, posterior emptor reuertitur ad auctorem suum poterit. Per plures quoque personas si emptio ambulauerit, idem iuris erit.

16. Ulpianus libro vndecimo ad Edictum. IN causa cognitione etiam hoc versabitur, nu forte alia actio possit competere citra in integrum restitutionem. Nam si communi auxilio, & mero iure munitus sit, non debet ei tribui extra ordinarium auxilium. vtpote cum pupillo contractum est sine auctoris auctoritate, nec locupletior factus est.

1. Item relatum est apud Laboneum, si minor circumscriptus societatem coierit, vel etiam donatus, nulla nullam esse societatem hac inter mino-

res quidem: & ideo cessare partes praetoris. idem & Otilius respondit. satis enim ipso iure munitus est.

2. § Pomponius quoque refert libro vicensimo octavo: cum quidam heres rogatus esset fratri. filio complures res dare ea condicione, v. si sine liberis decessisset. restitueret eas heredi: & haec, defuncto herede, heredi eius caussisset, restituituram: Antonium putasse, in integrum restituendam. Sed & illud Pomponius adicit, quod postea incerti condici haec cautio etiam a maiore. non enim ipso iure, sed per conuentionem munitus est. 3. § Et generaliter probandum est, ubi contractus non valet, pro certo praetorem se non debere interponere. 4. § Idem Pomponius ait, in pretio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumuenire.

5. § Nunc videndum, qui tam integrum restituere possunt. Et tam praestatur verbi, quam a alijs praestatur pro iurisdictione sua restituitur in integrum, possunt tam in alijs causis, quam contra sententiam suam.

17. Hermogenianus libro primo Iuris Epitomarum.

RES facti etiam praetore ex sua sententia in integrum possunt restituere, quamuis appellari ab his non possit. Haec idcirco tam varietate appellatio quidem iniquitatis: sententiae & iudicium, in integrum vero restitutio erroris proprii. ven & peccationem, vel aduersarij circumuentionis allegacionem continet.

18. Ulpianus libro 11. ad Edictum.

MINOR autem magistratus contra sententiam magistratum non restituit. 1. § Sin autem princeps sententiam dixit, per errorem solet permittere restitutionem, & induci in auditorium sum eum, qui per infirmitatem aetatis captum se dicit, dum ea, quae pro causa sunt dicta, non allegat, vel ad adiutorium prodigium queratur. Denique Glabronem Acilium, Dium Seuerus, & Imperator Antonium non audierunt, incolorate restitui desiderant eum aduersus fratrem post speciem in auditorio eorum finitam.

2. § Sed & Perennio Seuero contra 125 bis iudicatas in integrum restituit, Dium Seuerus, & Imperator Antonius permiserunt in auditorio suo examinari. 3. § Idem Imperator Ercinio Frontonio rescipit, in solium esse, post sententiam vice sua ex appellatione dictam alium in integrum restitutionem tribuere, nisi solum principem.

4. § Sed & si ab Imperatore iudex datus cognoscatur: restitutio ab alio, nisi a principe, qui iudex eum dedit, non fiet. 5. § Non solum autem minoribus, verum successoribus quoque minorum datur in integrum restitutio, & si sint ipsi maiores.

19. Idem libro tertio decimo ad Edictum.

INTERDUM tamen successoribus plus quam annum dabitur, ut est edicto expressum: si forte aetatis ipsius subueniat. nam post annum vicensimum quinquimum, habebit legitimum tempus. hoc enim ipso deceperit videtur, quod si, cum videret restitui intra tempus statutum ex persona defuncti, hoc non fecit. Plane si defunctus ad in integrum restitutionem modicum tempus ex anno vitii habuit, huic heredi minori post annum vicensimum quinquimum completum, non totum statutum tempus dabitur ad in integrum restitutionem, sed id duntaxat tempus, quod habuit is, cui heres extitit.

20. Idem libro vndecimo ad Edictum. Apinianus libro secundo Responsorum ait, etuli reuerso non debere prorogari tempus in integrum restitutionis statui: quia auit, cum poterit adire praetorem per procuratorem. nec dixit, vel praesidem, ubi erat. Sed, quod idem dicit, & indignum esse propter irrogatam poenam, non recte. quid enim commune habet delictum cum venia aetatis? 1. § Si quis tamen maior viginti quinque annis iura temporis: restitutionis, & iuramentum contestatus, per-

ita debitor: nihil ei proficit ad integrum restitutionem contestatio: ut est expressissime rescriptum.

21. Idem libro 10. ad Edictum.

EDITUM autem is videtur, non qui distulit, sed qui iuri renouauit in totum.

22. Idem libro 11. ad Edictum.

IN integrum vero restitutione postulata aduersus additionem a minore factam, si quid legatis expensum est, vel pretia eorum, qui ad libertatem aduocati sunt ex causis dari solet repetitio. 1. § Si talis interueniat in bonis, cui praestanda sit restitutio: ipso postulante, praestari debet, aut procurator eius. Qui idipsum nominatim mandatum sit. qui vero generale mandatum de vniuersis negotiis gerendis allegat, non debet audiri.

23. Paulus libro 11. ad Edictum.

CUM mandatu patris filius familias res administraret, non habet beneficium restitutionis. nam, & si alius ei mandasset, non succurreretur: cum eodem modo maiori potius consulatur, cuius damno res sit cessura. Sed si euentu damnum minor passurus sit, quod praestiterit, seruari ab eo, cuius negotia res non potest, quia is non erit soluendo: sine dubio praetor interueniet. Si autem ipse dominus minor sit, procurator vero maioris aetatis, non potest facile dominum audiri: nisi si mandatum eius gestum erit, nec a procuratore seruari res potest. Ergo & si procuratorio nomine minor circumscriptus sit, impetrari debet hoc domino, qui tali commissi sua negotia, idque & Marcello placet.

24. Paulus libro 1. Sententiarum.

QVOD si minor sua sponte negotiis maioris interuenierit, restituentus erit: ne maioris damnum accedat. quod si hoc faceret, eussauerit: tunc, si conuenit fuerit negotiorum gestorum, aduersus hanc actionem non restituitur, sed compellendus est sic ei cedere auxilium in integrum restitutionis, ut procuratorem eum in rem suam faciat: ut possit per hunc modum damnum sibi propter minorem contingens rescire. 1. § Non semper autem ea, quae cum minoribus geruntur, rescindenda sunt, sed ad bonum & aequum redigenda sunt, ne magno incommodo huius aetatis homines adficiantur, nemine cum hi contrahente: & quodammodo commercio eis interdiceretur. Itaque nisi aut manifesta circumscriptio sit, aut tam negligenter in ea causa versati sint, praetor interuenere se non debet. 2. § Scauola nosser aetatis, si quis iuuenili leuitate duntaxat omiserit, vel repudiarit hereditatem, vel bonorum possessionem: si quidem omnia in integro sint omnimodo audiendus est: si vero, iam distracta hereditate, & negotiis finitis, ad partem pecuniam laboribus substituit veniat, repellendus est. multoque parcius ex hac causa heredem minoris restituendum esse. 3. § Si seruus, vel filius familias minorem circumscriptus: pater, dominusve, quod ad eum peruenierit, restituere iubendus est: quod non peruenierit, ex peculio eorum praestare. si ex neutro sitis, & dolus serui interuenierit, aut Berberibus castigandus, aut noxae dandus erit. sed & si filius familias hoc fecit, ob dolum suum condemnabitur. 4. § Restitutio autem ita faciendus est, ut vniuersis in integrum ius suum recipiat. Itaque si in vendendo fundo circumscriptus restituitur: iubeat praetor emptorem fundum cum fructibus reddere, & pretium recipere: nisi si tunc dederit, cum eum perditurum non ignoraret: sicuti factum in ea pecunia, quae ei consummatio creditur. sed & in venditione: quae a auctorem ei solui-

tur: quod facere necesse est: credere autem non est necesse. nam & si origo contractus ita constituit, ut infirmam data sit: si tamen necesse fuit pretium solui, non omnimodo emptor damno adficiendus est.

5. § Ex hoc edicto nulla propria actio, & cautio proficitur. totum enim hoc pendet ex praetoris cogitatione.

25. Gaius libro 4. ad Edictum Praeuiuale.

ILLUD nullam habet dubitationem, quin, minor si non debitum soluerit ex ea causa, ex qua iure ciuili repetitio non est danda, sit et villis actio ad repetendum: cum & maioribus viginti quinque annis iustus ex causis dari solet repetitio. 1. § Si talis interueniat in bonis, cui praestanda sit restitutio: ipso postulante, praestari debet, aut procurator eius. Qui idipsum nominatim mandatum sit. qui vero generale mandatum de vniuersis negotiis gerendis allegat, non debet audiri.

26. Paulus libro 11. ad Edictum.

QVOD si de speciali mandato dubitemus, cum restitutio postuletur, interposita stipulatione ratam rem dominum habiturum, rei potest mederi. 1. § Quod si is, cui circumscriptio dicitur, abstitit: defensor eius satis iudicatum solui dare debet.

27. Gaius libro 6. ad Edictum Praeuiuale.

PATER pro filio omnimodo praestanda restitutio est, licet filius restitui nolit: omnia patris periculum agit, qui de peculio tenetur. Ex quo apparet, ceteros adgnatos, vel adfines alterius esse conditionis, nec aliter audiri oportere, quam si ex voluntate adulescentis postulerit, aut eius vix sit iste adulescens, ut merito etiam bonis ei debeat interdici.

1. § Si pecuniam, quam mutuum minor accepit, dissipauit, denegare debet pro consul creditori aduersus eum actionem. quod si egenti minor creditur, vterius procedendum non est, quam ut iubeatur iuuenis actionibus suis: quas habet aduersus eum, cui ipse credidisset, cedere creditori suo. Praedium quoque si ex ea pecunia pluri, quam oportet retinuit, temperanda res erit, ut iubeatur venditor reddito pretio recipere praedium ita ut sine alterius damno etiam creditor a iuvene suum conseruauerit. Ex quo scilicet simul intellegimus, quid obseruari oporteat, si sua pecunia pluri, quam oportet emerit: ut tamen hoc, & superiore casu venditor, qui pretium reddidit, etiam iuratur, quas ex ea pecunia perceperit, aut percipere potuit, reddat: & fructus, quibus locupletior factus est in bonis, recipiat. Item ex diuerso si minore pretio, quam oportet, vendiderit adulescens: emptor quidem iubeatur debere praedia cum fructibus restituere, iuuenis autem eatenus ex pretio reddere, quatenus ex ea pecunia locupletior est. 2. § Si minor annis viginti quinque sine causa debitori acceptum tulerit: non solum in ipsum, sed & in fideiussores, & in pignora actio restitui debet. Et, si ex duobus reis alteri acceptum tulerit, in vtrumque restituenda est actio. 3. § Ex hoc intellegimus si damnosam sibi donationem fecerit, forte si ab idoneo debitore ad inopem nouandi causa transfulerit obligationem, oportere etiam in priorem debitorem restitui. 4. § Aduersus eos quoque restitutio praestanda est, quorum de dolo: gere non permittitur: nisi quaedam personae speciali lege exceptae sint.

28. Celsus libro 2. Digestorum.

CUM minor quam quinq; & viginti annis, aduersus eum, cum quo iuratus egit, restituitur: no ideo tutori contrarium tutelae iudicium restituendum est.

29. Modestinus libro 2. Responsorum.

ETIAM si pater, sed: vique tutor, auctore, & pupillus captus praestari possit: curatorem

postea ei datum, nomine ipsius in integrum restitutionem postulare non prohiberi. **¶** Ex causa curacionis condemnata pupilla, aduersus unum caput sententia restitui volebat: & quia videtur in ceteris liti speciebus releuata fuisse, actor maior etate, qui adquisiuit, tunc temporis sententia dicebat totam debere litem restaurare. Herennius Modestinus respondit si species, in qua pupilla in integrum restitui desiderat, ceteris speciebus non coheret, nihil proponi, cur a tota sententia recedi actor postulare audiendus est. **¶** Si hereditate patris, etatis beneficio, in integrum restitutus, abstinent se, nemine de creditoribus paternis presentibus, vel ad agendum a praeside euocato: an ea restitutio recte facta videatur, quaeritur. Herennius Modestinus respondit cum non euocatis creditoribus, in integrum restitutionis decretum interpositum proponatur, minime id creditoribus praesudicasse.

30. Papinianus libro tertio Quaestionum.
Silius emancipatus, contra tabulas non accepta possessione, post inchoatam institutionis quaestionem, legatum ex testamento patris maior viginti quinque annis petiit: liti renuntiare videtur: cum, & si honorum possessionis tempus largiretur, eadem iudicio desinit, repudiatum beneficium praetoris exstitit.

31. Idem libro nono Responsorum.
Si mulier, postquam heres exstitit, propter etatem abstinenti causa in integrum restituta fuerit: seruos hereditarios ex heredi omisso ab ea recte manumissos, retinere libertatem respondit: nec erunt cogendi viginti aureos pro libertate retinenda dependere, quam iure optimo consecuti videntur. Nam & si quidam ex creditoribus pecuniam suam ante restitutionem ab ea receperant, ceterorum querella contra eos, qui acciperent, ut pecunia communicetur, non admittitur.

32. Paulus libro primo Quaestionum.

Minor viginti quinque annis, adito praeside, ex aspectu corporis falso probabit perfectam etatem, curatores, cum intellexissent esse minorem, perseuerauerunt in administratione, medio tempore, post probatam etatem, ante impletum vicessimum quintum annum soluta sunt adulescenti pecunie debita: eaque male consumpta. Quae, cuius sit periculum: & quid, si curatores quoque in eodem errore perseuerassent, ut putarent maiorem esse, & abstinent se ab administratione, curacionem etiam restituisent, an periculum temporis, quod post probatam etatem cessit, ad eos pertinet. Respondit: Hi, qui debita exsoluerunt, liberati iure ipso, non debent iterum conueniri. Plures curatores, qui scientes eum minorem esse perseuerauerunt in eodem officio, non debuerunt eum pati accipere pecunias debitas: & debent hoc nomine conueniri. Quod si & ipsi decreto praesidis crediderunt, & administrare cessauerunt, vel etiam rationem reddiderunt: similes sunt ceteris debitoribus: ideoque non conueniuntur.

33. Alurnius Valens libro sexto Fideicommissorum.

Si minor viginti quinque annis seruum suum, qui pluris, quam in testamento ei legatum sit, manumittere rogatus fuerit, & legatum acceperit: non cogendum praestare libertatem, si legatum reddere paratus sit, Iulianus respondit: ut, quemadmodum maioribus liberum sit non accipere, si non sint manumittere: sic huic reddenti legatum necessitas manumittendi remittatur.

34. Paulus libro primo Sententiarum.

Si minor viginti quinque annis filio familias a maiori pecuniam credidit, melior est causa

consumentis: nisi locupletior ex hoc inueniatur litis contestatae tempore, si, qui accepit. **¶** Minores, si in iudicem compromiserunt, & tutore auctore stipulati sunt: integri restitutionem aduersus talem obligationem iure desierant.

35. Hermogenianus libro primo Iuris Epitomarum.

Si in emptionem penes se collatam minor adiectione alio superetur, implorans in integrum restitutionem auditur: si eius interesse, emptam ab eo rem fuisse, adprobetur: veluti quod maioris eius fuisse: a tamen, ut id, quod ex licitatione accedisset, ipse offerat vacuanti.

36. Paulus libro quinto Sententiarum.
Minor viginti quinque annis omisit, allegationem per in integrum restitutionis auxilium repetere potest.

37. Tryphianus libro tertio Disputationum.
Auxilium in integrum restitutionis executionibus poenarum paratum non est. Id est, iudicium iudicium semel constitutum non potest. **¶** Sed & in taxata rebus praeteritis, in quibus iure mariti sine calumnia viri ac sine muliere aduocari potest, denegatur ei in integrum restitutio, quod ius omnium si nunc repetere velit, quia a ius, quam desinit veniam, id est calumniae, deprecatur: & cum neque in delictis, neque in calumniatoribus praetorem incurrere oportere certum iuris sit, cessabit in integrum restitutio in delictis autem minor annis viginti quinque non meretur in integrum restitutioem, utique a prioribus: nisi quatenus interea mutatio status ad mediocrem poenam iudicem produxerit, vel ut a legis iuliae ex adulterio coecondens praecpta veniamus: utique nulla deprecatio aduocari potest, si minor annis aduocatum faciat. Etiam, nec si quid eorum commiserit, quae pro adulterio eadem lex puniunt: veluti si adulterij damna, an sciens uxorem duxerit, aut in adulterio deprehentam uxorem non dimiserit, quae sunt de adulterio uxoris fecerit, praeterea pro competito supra acceperit, aut domum praebuerit ad stuprum: aduocari ius in eam committendum. & non si etatis executio aduersus praecpta legum est, qui dum, leges inuocat, omnia eas committit.

38. Paulus libro primo Decretorum.

Aemilius Larianus ab Obinio fundum Rutilianum lege commissoria emerat, data parte pecuniae: ita ut, si intra duos menses ab emptione reliqui pretij partem distindiam non soluisset, inemptus esset: item si intra alios duos menses reliquum pretij non numerasset, similiter esset inemptus intra priores duos menses Lariano defuncto Rutiliana pupillaris etatis successerat: cuius tutores in solutione cessauerunt, venditor, denunciationibus eorum sepe datis, post annum eandem possessionem Claudio Telemacho vendiderat, pupilla in integrum restitui desiderabat, visa tam apud praetorem, quam apud praefectum urbi probocauerat. Putabam bene iudicatum, quod pater eius, non ipsa contraxerat. Imperator autem motus est, quod dies committendi in tempus pupillae incidisset, eaque effecisset, ne pareretur legi venditionis. Dicebam posse magis ea ratione restitui eam, quod venditor denuntians post diem, quo placuerat esse commissum, & pretium petendo recessisset a lege sua videtur. non me moueri, quod dies postea transisset: non magis, quam si creditor pignus distraxisset, post mortem debitoris die solutionis finita. Quia tamen lex commissoria displicebat ei, pronuntiavit in integrum restituendam. Mouit etiam illud imperatorem, quod priores tutores, qui non restitui desiderassent, suspecti pronuntiatum erant.

¶ Quod.

¶ Quod dicitur, non solere filiis familias post emptionem ad huc minoribus succurri in his, quae omisit, licet maiores in potestate: tunc recte dicitur, cum patri adquirere possunt.

39. Scelus a libro secundo Digestorum.
Inter utile tempus restitutionis apud praesidem petitur in integrum restitutionem minores, & de etate sua probauerunt dicta pro etate sententia, ad impetrandam appellationem praesides in euentum appellationis cetera cognitionis distulit. Quae sit, si finita appellationis apud imperatorem cognitione, & in iura appellatione pronuntia, egressi etatem deprehendantur: an cetera negotij implere possunt, cum per eos non steterit quo minus res licet accipiat. Respondit secundum ea, quae proponuntur, perinde cognosci, atque si nunc in etatem essent.

¶ Venditoribus curatoribus minoris fundum emptor exstitit Lucius Titius, & sex fere annis possedit, & longe longeque rem meliorem fecit. Quae, cum sui idonei curatores, an minor aduocari Titium emptorem in integrum restitui possit, respondit, ex omnibus, quae proponerentur, vix esse eum restitutum: nisi si maluerit omnes experiri, quae bona fide emptor fecisse approbaverit, et praeterea maxime cum sit ei paratum proprium auxilium, curatoribus suis idoneis constitutus.

40. Tryphianus libro quinto Opiniorum.

Minor annis viginti quinque, cui fideicommissum solui pronuntiatum erat, cauerat, id est accepisset, & cautionem eidem debitor, quasi creantur pecuniae fecerat, in integrum restitui potest: quia partem ex causa iudicari periculum non nouo contractu ad initium alterius petitionis redegit. **¶** Praedia patris sui minor annis viginti quinque ob debita rationis tutelae aliorum quam pater administrauerat, in solutum inconsulte dedit, ad suam equitatem per in integrum restitutionem reuocanda res est, vsuris pecuniae, quam constituit ex tutela debent, reputatis, & cum quantitate fructuum, perceptorum compensatis.

41. Iulianus libro quadragesimo quinto Digestorum.

Si index circumuentio in venditione adulescenti sit, si fundum restitui, cumque pretium emptori reddere, & hic nihil hac in integrum restitutionem, penitentia ad exceptionem vtilem, aduersus petentem pretium quasi ex causa indicati, adulescenti habere poterit: quia vnicuique licet contemneret hanc, quae pro se introducta sunt, nec queri poterit venditor, si restitutus fuerit in eam causam, in qua se ipse constituit, & quam mutare non potest, si minor auxilium praetoris non implorat.

42. Tryphianus libro secundo de Officio Proconsulis.

Praesides pronuntia minorem in integrum restitui potest etiam contra suam, vel decessoris sui sententiam quod enim appellatio interposita maioribus praestat, hoc beneficium etatis consequitur minores.

43. Marcianus libro primo de Officio Praefecti.

De etate eius, qui se maiorem annis viginti quinque dicit, causa cognita probandum est: qui per eam probationem in integrum restitutionem eiusdem adulescentis, & aliis causis praedudicatur.

44. Tryphianus libro quinto Opiniorum.

Non omnia, quae minores annis viginti quinque gerunt, irrita sunt: sed ea tantum quae, causa cognita, eiusmodi deprehensa sunt: vel ab illis circumuenti, vel sua facilitate decepti, aut, quod habuerunt amiserunt: aut, quod acquirere

emolumentum potuerunt, omiserunt, aut se oneri quod non suscipere licuit, obligauerunt.

45. Callistratus libro primo Edicti Monitorij.

Etiam ei, qui prius, quam nasceretur, vsucapitum amisit, restituendam actionem Labeo scribit. Imperator Titius Antoninus rescripsit, eum, qui fraude tutoris aduersarium suum diceret absolutum, & agere cum eo ex integro vellet, licentiam habere, prius cum tutore agere.

46. Paulus libro secundo Responsorum.

Eum, qui ex sua voluntate minorem annis in iudicio defendit, & condemnatus est, ex causa iudicati posse conueniri: nec eius, quem defendit etatem ad restitutionem impetrandam ei prodelle cum causam iudicati reculare non possit. Ex quo apparet, nec eum, cuius nomine condemnatus est, auxilium restitutionis propter eam sententiam implorare posse.

47. Scelus a libro primo Responsorum.

Tutor, vrguentibus creditoribus, rem pupillarem bona fide vendidit, denuntians tamen matre & emptoribus. Quae, cum vrguentibus creditoribus distracta sit, nec de fordibus tutoris merito quippiam dici potest, an pupillus in integrum restitui potest. Respondit, cognita causa restitutum: nec idcirco, si iustum sit restitui, denegandum id auxilium, quod tutor delicto vacaret. **¶** Curator adulescentium praedia communia sibi, & his quorum curam administrabat, vendidit. Quae, si decreto praetoris adulescentes in integrum restitui fuerint, an etatenus venditio rescindenda sit, quatenus adulescentium pro parte fundus communis fuit. Respondit etatenus rescindi, nisi si emptor a toto contractu velit discedi, quod partem empturus non esset. Item quaero emptor vtrum a Scio, & Sempronio pupillis pretium cum vsuris recipere deberet, an vero ab herede curatoris. Respondit, heredes quidem curatoris teneri, verum in Scium, & Sempronium pro parte, qua eorum fundus fuit, & actiones dandas: utique si ad accepta pecunia pro eadem parte pertinisset.

48. Paulus libro primo Sententiarum.

Minor, se in id, quod si fideiussus, vel mandauit in integrum restituendo, reum principalem non liberat. **¶** Minor ancillam vendidit: si eam emptor manumiserit, ob hoc in integrum restitui non poterit: sed aduersus emptorem, quanti sua interest, actionem habebit. **¶** Mulier minor viginti quinque annis, si portione dotis deterior condicio eius fiat, & tale pactum inierit, quod nunquam maioris etatis constituta paciscerentur, atque ideo reuocare velit, audienda est.

49. Tryphianus libro trigentesimo quinto ad Edictum.

Sres pupillaris, vel adulescentis, distracta fuerit, quam lex distrahi non prohibet: venditio quidem valet: verum tamen, si grande damnum pupilli, vel adulescentis versatur: etiam si collusio non intercessit, distractio per in integrum restitutionem reuocatur.

50. Pomponius libro nouo Epistularum & variarum lectionum.

In ius Diophantus Pomponio suo salutem. Minor viginti quinque annis nouandi animo intercessit pro eo, qui temporali actione tenebatur, tunc, cum adhuc superarent decem dies: & postea in integrum restitutus est, vtrum restitutio, quae creditori aduersus priorem debitorem datur, decem dierum sit, an prioris ego didici, ex tempore in integrum restitutionis tantum de tempore praestandum

quantum supererat. tu, quid de eo putas, velim rescribas. Respondit: Sine dubio, quod de temporali actione, in qua intercessit minor, sensistis, puto verius esse. Ideo; & pignus, quod dederat prior debitor, manet obligatum.

DE CAPITIS MINVTIS.

TIT. V.

Gaius libro 4. ad Edictum Prouinciale.

Capitis minatio est status permutatio. 2. Ulpianus libro 1. ad Edictum. Pertinet hoc edictum ad eas capitis deminutiones quae salua ciuitate contingunt. ceterum siue amissione ciuitatis; siue libertatis amissione contingat capitis deminutio, cessabit edictum: neque possunt hi penitus conueniri. dabitur plane actio in eos, at quos bona peruenerunt eorum. 1. Ait Praetor: qui quatuor postquam quid eum hic actum, contra Edictum sit. capite de minati, deminuta esse dicentur: in eos, siue priuatus, quasi id factum non sit: iudicium dabo. 2. Hi, qui capite minuuntur, ex his causis, quae capitis deminutionem praecesserunt, manent obligati naturaliter. ceterum si postea, imputare quis sibi debebit, cur contraxerit, quantum ad verba huius edicti pertinet. sed interdum, si contrahatur cum his post capitis deminutionem, danda est actio. & quidem, si adrogatus sit, nullus labor: nam perinde obligabitur, ut filiusfamilias. 3. Nemo delictis exiit, quamuis capite minutus sit. 4. Et, qui debitorem suum adrogauit, non restituitur actio in eum, postquam sui iuris fiat. 5. Hoc iudicium perpetuum est: & in heredes, & heredibus datur.

3. Paulus libro 11. ad Edictum. Liberos, qui adrogatum parentem sequuntur; placet minui caput, cum in aliena potestate sint; & cum familiam mutauerint. 1. Emancipato filio, & ceteris personis capitis minutio manifesto accidit: cum emancipari nemo possit, nisi in imaginariam seruilem causam deductus. Aliter atque cum seruus manumittitur: quia seruile caput nullum ius habet: ideo nec minui potest.

4. Modestinus libro 1. Pandectarum. Hodie enim incipit statum habere. 5. Paulus libro 11. ad Edictum. Missione ciuitatis sit capitis minutio, ut in aqua & igni interdictione. 2. Qui deficiunt, capite minuuntur. deficere autem dicuntur, qui ab his, quorum sub imperio sunt, deficiunt, & in hostium numerum se conferunt. sed & hi, quos senatus hostes iudicauit, vel lege lata: vique; vsque; eo, ut ciuitatem amittant. 2. Nunc respiciendum, quae capitis deminutione pereant: & primo de ea capitis deminutione, quae salua ciuitate accidit; per quam publica iura non interueniunt: nam manere magistratu, vel senatorem, vel iudicem, certum est.

6. Ulpianus libro 51. ad Sabinum. Nam & cetera officia, quae publica sunt, in eo non amittuntur. capitis enim minutio; praeiata hominibus; & familiae eius iura, non ciuitatis, amittit. 7. Paulus libro 11. ad Edictum. Velas etiam non amittit capitis minutio: exceptis his, quae in iure alieno personis positae deferuntur. Igitur testamento dati vel ex lege, vel ex senatusconsulto, erunt nihilo minus tutores. Sed legitime tutelae ex duodecim tabulis interueniunt eadem ratione, qua & hereditates exinde legitime: quia adgnatis deferuntur, qui desunt esse familia mutati. Ex nouis autem legibus & hereditates, & tutelae plerumque sic deferuntur, ut personae naturaliter designentur. ut ecce, deferunt hereditatem senatusconsulto matri, & filio. 1. In iurium, & actionum ex delicto venientium obligationes cum capite ambulat. 2. Si libertate adempta, ca-

pitibus deminutio subscuta sit: nulli restitutioni aduersus seruum locus est: quia nec praetoria iurisdictione ita seruus obligatur, ut cum eo actio sit: sed vtilis actio aduersus dominum danda est; ut Iulianus scribit: & nisi insolitum defendatur, permittendum mihi est in bonis, quae habuit, mitti. 3. Item cum ciuitas amissa est, nulla restitutionis aequitas est aduersus eum, qui amissis bonis, & ciuitate relicta, nudus exulat.

8. Gaius libro 4. ad Edictum Prouinciale. Obligaciones, quae naturalem praestantionem habere intelleguntur, palam est capitis deminutione non perire: quia cum naturalia iura corrumpere non possit. Itaque de dote actio, quae in bonum & aequum concepta est, nihilominus durat etiam post capitis deminutionem.

9. Paulus libro 11. ad Edictum. VT quandoque emancipata agat. 10. Modestinus libro 2. Differentiarum. Legatum in annos singulos, vel menses singulos relictum, vel si habitatio legatur, morte quidem legatarii legatum intercidit, capitis deminutione tamen interueniente perferatur: videlicet quia tale legatum in factum potius, quam in iure consistit.

11. Paulus libro 2. ad Sabinum. Capitis deminutionis tria genera sunt: maxima, media, minima. tria enim sunt, quae habemus: libertatem, ciuitatem, familiam. Igitur cum omnia haec amittimus, hoc est, libertatem, & ciuitatem, & familiam, maximam esse capitis deminutionem: cum vero amittimus ciuitatem, libertatem retinemus: medium esse capitis deminutionem: cum & libertas & ciuitas retinetur, familia tantum mutatur: minimam esse capitis deminutionem constat.

EX QVIEVS CAVSIS maiores viginti quique annis in iudicium restituantur. TIT. VI. Ulpianus libro 12. ad Edictum.

Huius edicti causam nemo non iniustissimam esse constituitur. Iesu enim ius per id tempus, quo quis reipublice operam dabit, vel aduerso casu laborabat, corrigitur. nec non & aduersus eos succurritur, ne vel obstit, vel proficiat, quod euenit. 1. Verba autem edicti talia sunt: Si cuius quis de bonis, cum in metu, aut sine dolo malo, reipublica causa abisset: in ut vinculis, seruitute, hostium, ue potestate esset: sine cuius actione eorum cui dies exisse dicitur. 2. Item si quis quid visu suum fecisset, quod non visendo amissi, consecutus, actione ue qua solutus ob id, quod dies eius exierit, cum absens non defendatur, in ut vinculis esset, seclum ue agendi potestatem non faceret: us cum eum inuitum in ius vocari non liceret, neque defendatur.

3. Ceterum magistratus de eare appellatus esset, siue cui pro magistratu, sine dolo ipsius, actio exempta esse dicitur: eorum rerum actionem in iudicium, quo primam de ea re experiri potestas erit. 4. Item si quis alix nisi iniusta causa esse videbitur, in integram restituam: quod eius per leges plebscitatis, seu senatusconsulti, ad illa, decreta principum, libebit.

2. Callistratus libro 2. Edicti monitorij. Hoc edictum, quod ad eos pertinet, qui ad continentur, minus in usu frequentatur. huiusmodi enim personis extra ordinem ius dicitur ex senatusconsultis, & principalibus constitutis.

et actionibus. 1. Hoc autem capite adiuuantur in primis hi, qui metus causa abissent: scilicet si non superuacuo timore decesserit abissent. 3. Ulpianus libro duodecimo ad Edictum. Ene autem causa abesse videtur, qui iusto timore moris, vel cruciatus corporis conterritus abest: hoc ex affectu eius intellegitur. Sed non sufficit quolibet terrore abduatum timuisse: sed huius rei dicitur iudicium esse.

4. Callistratus libro secundo edicti monitorij. Item huius reipublice causa, sine dolo malo, sufficit. Dolum malum eo pertinere accipi: ut qui reuerti potest, neque reuertitur, in eo, quod per id tempus, actus eum factum est, non adiuuet, ueluti ad eius grandis commodi capiendi gratia id egerit, ut reipublice causa abesset; (&) reuocatur ab isto privilegio.

5. Ulpianus libro duodecimo ad Edictum. Et qui data opera, & sine lucro hoc affectauerit: vel qui maius profectus est: vel ius gratia cepit reipublice causa abesse. Sed hinc adiectio doli mali ad reipublice causa abentes refertur, non etiam ad eum, qui metus causa, quoniam nullus metus est, & dolum intercedit. 1. Sed qui Romae reipublice causa operam dant, reipublice causa non absumt.

6. Paulus libro duodecimo ad Edictum. VT sunt magistratus. 7. Ulpianus libro duodecimo ad Edictum. Illi res plane, qui Romae militans, pro reipublice causa aduentibus habentur.

8. Paulus libro tertio Bredium. Legatus quoque nunciatorum succurrunt ex principum Marci & Commodi constitutione. 9. Callistratus libro secundo Edicti monitorij. Succurrunt etiam ei, qui in vinculis fuisset, quod non solum ad eum pertinet, qui publica custodia coerebatur, sed etiam quoque, qui a latronibus aut praedonibus, vel potentiore vi oppressus, vinculis coerebantur. Vinculorum autem appellatio latius accipitur: nam etiam inclusos, ueluti laetum, vinculorum numero haberi placet: quia nihil interis, parientibus, an compediibus teneatur. Custodiam autem solam publicam accipi Labeo putat.

10. Ulpianus libro duodecimo ad Edictum. In eadem causa sunt, & qui a militibus, satoribus, latoribus, uel a municipibus ministeris adseruantur, si prohiberi rei suae superesse non potuisse. In vinculis autem etiam eos accipiunt, qui ita alligati sunt, ut sine dolo core in publico parere non possint.

11. Callistratus libro secundo Edicti monitorij. Et quoque succurrunt, qui in seruitute fuerit, sine bona fide seruati non liber, sine detentus sit. 12. Ulpianus libro duodecimo ad Edictum. Item, qui de statu suo litigant, ex quo lis inchoata est, hoc edictum non continentur. tamdiu igitur in seruitute esse videtur, quandiu non est ei, molis hic crepta.

13. Paulus libro duodecimo ad Edictum. Et Labeo ait, eum non contineri, qui liber & heres institutus sit, antequam sit heres: quia nec bona habeat, & praetor de liberis hominibus loquitur. 1. Puto tamen filiumfamilias in castris percilio pertinere ad hoc edictum.

14. Callistratus libro secundo Edicti monitorij. Item ei succurrunt, qui in hostium potestate sunt, sed ab hostibus captus. Nam transiugis nullum credendum est beneficium tribui, quibus negatum est postliminium. Poterant tamen, qui in hostium potestate essent, illa parte edicti contineri, qua lo-

quitur de his, qui in seruitute fuerint. 15. Ulpianus libro duodecimo ad Edictum. Ab hostibus autem captis, postliminio reueris succurrunt, aut ibi mortuis: quia nec procuratorem habere possunt, cum aliis superscriptis etiam per procuratorem possit subueniri: praeter eos, qui in seruitute desinentur. Ego autem, etiam nomine eius, qui hostium potus est, si curator (ut plerumque) fuerit bonis constitutus, auxilium competere existimo. 1. Non minus autem ab hostibus capto, quam ibi nato, qui postliminium habet, succurrunt videtur. 2. Si damni infestis milibus sit, & des militis: si quidem praesente eo iussit praetor possideri, non restituitur: sin vero absente eo, dicendum subueniri ipsi debere. 3. Sed quod simpliciter praetor edixit, praesente, ita accipiendum est: ut, si inchoata sit bona fidei possessoris detentatio ante absentiam, finita autem reuero, restitutionis auxilium locum habeat non quandoque, sed ita demum, si intra modicum tempus, quam rediit, hoc contigit: id est, dum hospitium quis conduxit, sarcinulas exponit, quaeque aduocatum, nam eum, qui diserte restitutionem, non esse audiendum Neratius scribit.

16. Paulus libro duodecimo ad Edictum. Non enim neglegentibus subuenitur, sed necessitate rerum impediitis. Totumque istud arbitrio praetoris temperabitur. id est, ut ita demum restituar si non neglegentia, sed temporis angustia non poterunt licem contestari.

17. Ulpianus libro duodecimo ad Edictum. Ulpianus libro quarto scribit, non solum aduersus possessorem hereditatis succurrendum militi, uerum aduersus eos quoque, qui a possessore emerunt: ut vindicari res possint, si miles hereditatem adgnouerit. quod si non adgnouerit, ex post facto uisucapionem processisse manifestatur. 1. Eum quoque, cui sit legatum sit, uel in annos singulos, quibus in Italia esset, restituendum, ut capiat, atque si in Italia fuisset, & Labeo scribit, & Iulianus libro quarto, & Pomponius libro trigentesimo primo probant: non enim dies actionis exire, ubi praetoris auxilium necessarium erat, sed condicio in causa est.

18. Paulus libro duodecimo ad Edictum. Sciendum est, quod in his casibus restitutionis auxilium maioribus damus, in quibus rei duntaxat persequende gratia queruntur: non cum & interi facienda ex alterius poena, vel damno, auxilium sibi impetiri desiderant.

19. Papinianus libro tertio Quaestionum. Denique si emptor prius, quam per usum sibi adquiret, ab hostibus captus sit: placet interruptam possessionem postliminio non restitui: quia haec sine possessione non consistit, possessio autem plurimum facti habet, causa uero facti non continetur postliminio.

20. Idem libro tertio decimo Quaestionum. Nec uilem actionem ei tribui oportet: cum sit iniquissimum auferre domino, quod usus non abstulit. neque enim intellegitur amissum, quod ablatum alteri non est.

21. Ulpianus libro duodecimo ad Edictum. Item, ait praetor, si quis visu suum fecisset: aut, quod non visendo sit amissum, consecutus; actione ue qua solutus ob id, quod dies eius exierit, cum absens non defendatur. Quam clausulam praetor inseruit, ut, quod admodum succurrit supra scriptis personis, ne capiantur, ita & aduersus ipsas succurrit, ne capiant. 1. Et erit notandum, quod plus praetor expressit, cum aduersus eos restituit, quam cum ipsi subueniunt. nam hic non certas personas enumerauit, aduersus quas subuenit, ut supra; sed adiecit clausulam;

curatorem reliquerit, per quem defendi potuit, in integrum volens restitui, non auditur.

40. Ulpianus libro quinto Opiniorum. Si qua militi accusatio competat tempore, quo reipublice operam dedit, non permittitur.

1. Quod eo tempore, quo in insula aliquis fuit, ex poena ei irrogata, cuius restitutionem impetrauit, ab alio usurparum ex bonis, quae non erant, adempta, probatum fuerit: suae causae restituendum est.

41. Iulianus libro 53. Digestorum.

Si quis Titio legauerit, si mortis suae tempore in Italia esset, aut in annos singulos, quod in Italia esset, & ei successum fuerit, quia ob id, quod reipublice causa a fuit, exclusus fuerit a legato: fideicommissum ab eo relictum praestare cogitur Marcellus notat: Quis enim dubitavit, salua legatorum, & fideicommissorum causa, militi restitui hereditatem, quam ob id perdidit, quod reipublice causa a fuit?

42. Aferius libro quinto Digestorum.

Non verè dicitur, reipublice causa abesse eum, qui sui privati negotij causa in legatione est.

43. Africanus libro septimo Quaestionum.

Si quis stipulatus sit in annos singulos, quoad in Italia esset vel ipse, vel promissor, & alteruter reipublice causa abesse coepit: officium praetoris est, introducere velle actionem. Eadem dicemus, & si ita concepta stipulatio fuerit: Si quinquennio proximo Roma fuerit, vel ita, si Roma non fuerit, centum dare spondet?

44. Paulus libro secundo ad Sabinum.

Is, qui reipublice causa abest, in aliqua re laesus, non restituitur: in qua, etiam si reipublice causa non a fuisse, damnum erat passurus.

45. Scaevola libro primo Regularum.

Milites omnes, qui decedere signis sine periculo non possunt, reipublice causa abesse intelliguntur.

46. Marcianus libro secundo Regularum.

Vi reipublice causa a fuit, etiam aduersus eum, qui pariter reipublice causa a fuit, restituendus est, si aliquid damni iuste quaeritur.

DE ALIENATIONE, IUDICII

mutandi causa, facta.

TIT. VII.

Gaius libro quarto ad Edictum Pro-uinciale.

Omnia modis proconsul id agit, ut cuius deterior causa fiat ex alio facto. Et cum intellegeret iudiciorum exitum interdum durior nobis constitui opposito nobis alio aduersario: in eam quoque rem prospexit, ut si quis alienando rem, alium nobis aduersarium suo loco substituerit, idque data opera in fraudem nostram fecerit, tamen nobis in factum actione teneatur, quanti nostra intersit, alium aduersarium nos non habuisse. 1. Itaque si alterius prouinciae hominem, aut potentioris nobis opposuerit aduersarium, tenebitur.

2. Paulus libro 13. ad Edictum.

At alium, qui vexaturus sit aduersarium.

3. Gaius libro quarto ad Edictum Pro-uinciale.

Quia etiam si cum eo, qui alterius prouinciae sit, experiar, in illius prouincia experiri debeat: & potentiori pares esse non possumus. 1. Sed & si hominem, quem petebamus, manumiserit: durior nostra condicio sit, quia praetores faueant libertatibus. 2. Item si locum, in quo opus feceris, cuius nomine interdum quod vis quis clam, vel actione aquae pluitiae arendae tenebaris, alienaueris: durior nostra condicio facta intellegitur, quasi tecum ageretur, tuis impensis id opus tollere deberes: nam

verò, cum incipit mihi aduersus alium actio esse, quam qui fecerit, compellor meis impensis id tollere: quia qui ab alio factum possidet, haecenus istis actionibus tenetur, ut patitur id opus tolli.

3. Opus quoque nouum si tibi nonauerim, tuque eum locum alienaueris, & emptor opus fecerit, dicitur, se hoc iudicio teneri: quasi neque tecum ex operis noui nuntiatione agere possim, quia nihil feceris, neque cum eo, cui id, alienaueris, quia ei nuntiationem non sit. 4. Ex quibus apparet, quod proconsul in integrum restitutum se pollicetur: ut hac actione officio tantum iudicis consequatur auctor, quantum eius intersit, alium aduersarium non habuisse: forte si quas in poenas fecerit, aut si quam aliam incommoditatem passus erit, alio aduersario substituto. 5. Quid ergo est, si is, aduersus quem talis actio competit, paratus sit velle iudicium pari perinde, ac si possideret, recte dicitur, denegandam esse aduersus eum ex hoc edito actionem.

4. Ulpianus libro tertio decimo ad Edictum.

Item si res fuerint viciatae ab eo, cui alienatae sunt, nec peti ab hoc possunt, locum habet hoc editum. 1. Itemque fieri potest, ut sine dolo malo quidem, possidere desierit, verum iudicij mutandi causa id fiat. Sunt & alia complura talia. Potest autem aliquis dolo malo desinere possidere, nec tamen iudicij mutandi causa fecisse, nec hoc edito teneri: neque enim alienat, qui duntaxat omittit possessionem. Non tamen eius factum improbat praetor, qui tanti habuit re carere, ne propter eam saepius litigaret. Hae enim verenda cogitatio eius, qui lites exsecratur, non est vituperanda, sed eius duntaxat, qui cum rem habere vult, licet ad alium transferat, ut molestum aduersarium pro se subiciat. 2. Paulus libro nono.

Non solum ad dominij translationem hoc editum pertinere ait, verum ad possessionis quoque, alioquin, cum quo in rem agebatur, inquit, si possessione celsit, non tenebitur. 3. Si qui autem ob valetudinem, aut aetatem, aut occupationes necessarias licet in alium transfulerit, in ea causa non est, ut hoc edito teneatur: cum in hoc edito doli mali fiat mentio. Ceterum erit interdum & per procuratores litigare, dominio in eos plerumque ex iusta causa translato. 4. Ad iura etiam praetorum hoc editum pertinet: modo si dolo malo fiat alienatio. 5. Hae actio in id, quod interest, competit: proinde si res non fuit petitoris, aut si is, qui alienatus est, sine culpa desierit, cessat iudicium: nisi si quid adoris praeterea intersuit. 6. Hae actio non est poenalis, sed rei persecutionem arbitrio iudicis continet. quare & heredi dabitur, in hoc redem autem.

5. Paulus libro vndecimo ad Edictum.

El similem,

6. Ulpianus libro 13. ad Edictum.

El post annum, non dabitur.

7. Gaius libro quarto ad Edictum Pro-uinciale.

Via pertinet quidem ad rei persecutionem, videtur autem ex delicto dari.

8. Paulus libro 12. ad Edictum.

Ex hoc edito tenetur, & qui rem exhibet, si arbitratu iudicis prorsum iudicij causam non restituit. 1. Ait praetor, quae de alienatione iudicij mutandi causa facta erit, id est, si futuri iudicij causa non eius, quod iam sit. 2. Alienare intellegitur eum, qui alienam rem vendidit. 3. Sed heredem institutio, vel legando si quis alienet, huic edito locus non erit. 4. Si quis alienauerit, deinde receperit, non tenebitur hoc edito. 5. Qui venditori suo redhibet, non videtur iudicij mutandi causa ab alienare.

9. Paulus libro 1. ad Edictum

2. Alium curulum. Via, redhibito homine, omnia retrò aguntur. & ideo non videtur iudicij mutandi causa a fuisse, qui redhibet, nisi si propter hoc ipsum redhibet, non redhibitorum aliis.

10. Ulpianus libro 12. ad Edictum.

Nam si obligatus soluetur, quod a me petere velles, huic edito locus non erit.

11. Si tutor pupilli, vel adgnatus furiosi alienauerit: vult actio competere: quia consilium luras fraudis inire non possunt.

12. Idem libro 5. Opiniorum.

Cum miles peditibus, sive nois, litigare de rebus, sive sibi donatas esse debebat: responsum est, si iudicij mutandi causa datur, facta fuerit, priorum donorum experiri oportere: ut rem in rem, quam lites in militiam transfusus creditur, in rem suam.

13. Marcianus libro 14. Institutionum.

Si quis iudicij communi diuidendo euitandi causa rem alienauerit: ex lege Licinia ei interdicitur, ne communi diuidendo iudicio experiat, verbigra, ut potior emptor per licitationem vilius rem accipiat, & per hoc iterum ipse recipiat. Sed ipse quidem, qui partem alienauerit, communi diuidendo iudicio si agere velit, non auditur. Is verò, qui emit, si experiri velit, ex illa parte editi vetatur, quia cauetur, ne qua alienatio iudicij mutandi causa fiat.

DE RECEPTIS QUI AR-

bitrium receperunt, ut sententiam dicant.

TIT. VIII.

Paulus libro 2. ad Edictum.

Compromissum ad similitudinem iudiciorum creditur: & ad finiendas lites pertinet.

2. Ulpianus libro 4. ad Edictum.

Ex compromisso placet exceptionem non nasci, sed poena exceptioem.

3. Idem libro 13. ad Edictum.

Ab eo autem compromisso facta sententia dicta est, quod quis a minore viginti quinque annis tutelae aboluere iuratum id a praetore non habendum: neque poena eo nomine commissa petito dabitur.

1. Tametsi neminem praetor cogat arbitrium recipere, quoniam haec res libera, & soluta est, & extra necessitatem iurisdictionis posita: attamen, vbi semel quis in se receperit arbitrium, ad curam, & sollicitudinem suam hanc rem pertinere praetor putat, non tantum quod auderet lites finire, verum quoniam non deberent decipi, qui eum, quasi virum bonum, disceptatorem inter se elegerant. Sine enim, post causam iam semel, atque iterum tractatam, post nudata vtriusque intima, & secreta negotij aperta, arbitrium vel graue danem, vel sordibus corruptum, vel alia qua ex causa nolle sententiam dicere, quisquamne potest negare, & quibusim fore, praetorem interponere se debuisse, ut officium, quod in se receperit, impleret? 2. Ait praetor, Qui arbitrium pecuniae compromissa receperit. Trademus de personis arbitrium. Et quidem arbitrium cuiuscunque dignitatis cogit, officio, quod susceperit, perlungere: etiam si sit consularis: nisi forte sit in aliquo magistratu positus, vel potestate, consul forte, vel praetor: quoniam in hoc imperium non habet.

4. Paulus libro 13. ad Edictum.

Nam magistratus superiore, aut pari imperio, nullo modo possunt cogi, nec interest, ante, an ipso magistratu arbitrij susceperint, inferiores possunt cogi.

5. Ulpianus libro 13. ad Edictum.

Sed & filius familias compellitur. 6. Gaius libro 5. ad Edictum Pro-uinciale.

Quin etiam de re patris dicitur filium familias arbitrium esse: nam & iudicem cum esse posse plerisque placet.

7. Ulpianus libro 13. ad Edictum.

Poterio scribitur, parui referre: ingenius quis, an libertinus sit: integrè sane quisit arbiter, an ingominiosus. In seruum Laeco, compromitti non posse libro vndecimo scribitur: & est verum.

1. Vnde, Iulianus ait, si in Titium, & seruum compromissum sit, nec Titium cogendum sententiam dicere: quia cum alio receperit: quantum seruus (inquit) arbitrium nullum sit. Quid tamen, si dixerit sententiam Titius? poena non committitur: quia non, ut receperit, dixit sententiam.

2. Paulus libro 13. ad Edictum.

Sed si ita compromissum sit, ut vel alterutrus sententia valcat, Titium cogendum.

9. Ulpianus libro 13. ad Edictum.

Sed si in seruum compromittitur, & liber sententiam dixerit: puto, si liber factus fecerit sententiam partibus, valere. 1. Sed neque in pupillum, neque in furiosum, aut surdum, aut mutum, compromittitur, ut Pomponius libro trigentesimo tertio scribit. 2. Si quis iudex sit, arbitrium recipere eius rei, de qua iudex est, in se compromittere iudex prohibetur lege Julia, & si sententiam dixerit, non est danda poena persecutio. 3. Sunt & alij, qui non coguntur sententiam dicere: vtpote si sordes, aut turpitudine arbitri manifesta sit.

4. Iulianus ait, si eum infamauerunt litigatores, non omnimodo praetorem debere eum excusare, sed causa cognita. 5. Idem & si preta alij auctoritate eius, ad iudicium.

10. Paulus libro 13. ad Edictum.

Vel alium arbitrum.

11. Ulpianus libro 13. ad Edictum.

Litigatores scilicet, mox ad eundem arbitrum redierint: praetorem non debere eum cogere in: eos disceptare, qui ei contumeliam hanc fecerunt, ut eum spernerent, & ad alium irent.

1. Arbitrium autem cogendum non esse sententiam dicere, nisi compromissum interuenierit.

2. Quod ait praetor, Pecuniam compromissam accipere nos debere, non si vtriusque poena numeraria, sed si & alia res vice poenae, si quis arbitri sententia non steterit, promissa sit. & ita Pomponius scribit. Quid ergo, si res apud arbitrum depositae sunt eo pacto, ut ei daret, qui vicerit, vel ut eam rem daret, si non pareat sententiae: an cogendus sit sententiam dicere, & puto cogendum. Tantundem, & si quantitas certa ad hoc apud eum deponatur. proinde & si alter rem, alter pecuniam stipulanti promiserit: plenum compromissum est: & cogetur sententiam dicere. 3. Interdum (ut Pomponius scribit) recte nudo pacto fiet compromissum: vtpote si ambo debitores, fuerint, & pacti sunt, ne peiat, quod sibi debetur, qui sententiae arbitri non paruit. 4. Item Iulianus scribit, non cogendum arbitrum sententiam dicere, si alter promiserit, alter non.

5. Idem dicit, & si sub conditione fuerit poena compromissa: veluti, si nauis ex Asia venerit, tor nillia: non enim prius arbitrum cogendum sententiam dicere, quam condicio exstiterit, ne sit infelix, & deficiat: ne conditione. & ita Pomponius libro trigentesimo tertio ad edictum scribit.

12. Paulus libro 13. ad Edictum.

Quo casu ad praetorem pertinebit in eo forsitan solo, ut, si possit dies compromissi proferri, profectur.